SANTA HILDEGARDA DE BINGEN

Scivias (Conoce los caminos)

Scivias

TOMO II · II

SABBATISMUS

Santa Hildegarda de Bingen (1098–1179)
Scivias · Scivias (Conoce los caminos)

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

LIBRO TERCERO. 5
VISIÓN TERCERA. 59
VISIÓN QUINTA. 107
VISIÓN SEXTA. 139
VISIÓN SÉPTIMA. 177
VISIÓN OCTAVA. 197
VISIÓN NOVENA. 249
UNDÉCIMA VISIÓN. 327
Visión D 377

LIBER TERTIUS.

VISIO PRIMA

SUMMARIUM.---Quod corda fidelium timere et venerari debent magnitudinem, latitudinem, altitudinem timoris Domini. Quod omnis fidelis anima sapienter timens Deum, per fidem sedes Dei est. Quod profunditas mysteriorum Dei, hominibus incomprehensibilis est, nisi quantum, ipso donante, fide concipitur. Quod in sapientia Dei Patris per amorem Filii sui perfectio omnium electorum computata est. Exemplum in Evangelium de eadem re. Quid significet luteus limus in pectore et cur homo ab angelo non superatur. Verba Isaiae ad eamdem rem. Verba David. Quod Deus Pater in Filio suo ab aurora Virgine incarnato operatur, ordinat ac perfici omnia opera sua. De circulo gyrante. Quod potestas Dei altior est quam homini sciendum sit, et cur angeli laudent Deum absque commutatione. Quod Deus est perspicua justitia, verus et justus. Quod virtus, justitia et judicium Dei nullum finem habent quod comprehendi possit humano sensu. De casu primi angeli et sibi consentientibus et quare et quomodo et quo ceciderunt. Verba Ezechielis de eadem re. Quod gloria splendoris illius quem diabolus per superbiam perdidit servata est in secreto patris alteri factae luci. Quod diabolus cecidit absque haeredem. Exemplum de Goliath et de David. Quod fides quae in antiquis occulta fuit, in mysterio incarnato Dei Filio processit in lucem.

Et ego homo sumpta ab aliis hominibus, quae non digna nominari homo propter transgressionem legis Dei, cum deberem esse justa et sim injusta, nisi quod Dei creatura sum ipsius gratia, quae me etiam salvabit: vidi ad orientem, et ecce illic conspexi veluti lapidem unum totum integrum immensae latitudinis atque altitudinis, ferreum colorem habentem, et super ipsum candidam nubem: ac super eam positum regalem thronum rotundum, in quo sedebat juvenis perlucidus mirabilis gloriae, tantaeque claritatis ut nullatenus eum perspicue intueri valerem, habens quasi in pectore suo limum nigrum et lutulentum, latum instar humani pectoris, circumdatum lapidibus pretiosis atque margaritis.

Et de ipso lucido sedente in throno protendebant magnus circulus aurei coloris ut aurora (cujus amplitudinem nullo modo comprehendere potui) gyrans ab oriente ad septentrionem, et ad occidentem atque ad meridiem, ita se reflectens ad orientem ad ipsum lucidum, nec ullum habens finem.

LIBRO TERCERO.

VISIÓN PRIMA

SUMARIO.---Que los corazones de los fieles deben temer y venerar la magnitud, latitud y altitud del Temor del Señor. Que toda alma fiel que teme sabiamente a Dios es, por la fe, sede de Dios. Que la profundidad de los misterios de Dios es incomprensible para los hombres, a no ser cuanto, dándolo Él mismo, se concibe por la fe. Que en la sabiduría de Dios Padre por el amor de su Hijo se computa la perfección de todos los elegidos. Un ejemplo en el Evangelio sobre la misma cosa. Qué signifique el limo lodoso en el pecho y por qué el hombre no es superado por el ángel. Palabras de Isaías sobre la misma cosa. Palabras de David. Que Dios Padre en su Hijo encarnado de la Virgen Aurora obra, ordena y perfecciona todas sus obras. Sobre el círculo giratorio. Que la potestad de Dios es más alta de lo que el hombre deba saber, y por qué los ángeles alaban a Dios sin conmutación. Que Dios es perspicua justicia, verdadero y justo. Que la virtud, la justicia y el juicio de Dios no tienen fin que pueda ser comprendido por el sentido humano. Sobre la caída del primer ángel y los que consintieron con él, y por qué y cómo y hacia dónde cayeron. Palabras de Ezequiel sobre la misma cosa. Que la gloria de aquel esplendor que el diablo perdió por la soberbia está reservada en el secreto del padre para otra luz hecha. Que el diablo cayó sin heredero. Ejemplo de Goliat y de David. Que la fe que en los antiguos fue oculta, en el misterio encarnado del Hijo de Dios procedió a la luz.

Y yo, humana tomada de otros humanos, que no soy digna de ser llamada humana a causa de la transgresión de la ley de Dios, cuando debería ser justa y soy injusta, excepto que soy criatura de Dios por su gracia, la cual también me salvará: vi hacia el oriente, y he aquí que allí divisé como una piedra, toda íntegra, de inmensa latitud y altitud, que tenía color de hierro, y sobre ella una nube blanca; y sobre esta puesto un trono real, redondo, en el cual sentaba un joven perlúcido de maravillosa gloria, y de tanta claridad que de ningún modo podía mirarlo claramente, teniendo como en su pecho un limo negro y lutulento, ancho a semejanza de un pecho humano, rodeado de piedras preciosas y margaritas.

Y de aquel lúcido que sentaba en el trono se extendía un gran círculo de color áureo como la aurora (cuya amplitud de ningún modo pude comprender) girando desde el oriente al septentrión, y al occidente y al mediodía, reflejándose así al oriente hacia el mismo lúcido, ni teniendo fin alguno.

Et circulus ille erat a terra tantae altitudinis, ut eam comprehendere non possem, ex se reddens splendorem valde terribilem, scilicet lapidei, calybei, igneique coloris undique secundum amplitudinem suam sursum in altitudinem coeli, et deorsum in profundum abyssi ita se extendentem, ut nullum finem ejus videre sufficerem.

Vidi etiam tunc de secreto sedentis in throno stellam magnam, plurimi splendoris ac decoris prodeuntem, et cum ea plurimam candentium scintillarum multitudinem, quae cum stella illa omnes eductae ad austrum, inspiciebant sedentem in throno quasi alienum, seque ab eo avertentes magis inhiabant ad aquilonem quam in eum inspicere vellent. Sed statim in ipsa aversione inspectionis suae, omnes exstinctae sunt, sic versae in carbonum nigredinem. Et ecce ventus turbinis ortus est ab ipsis, qui eas mox ab austro retro sedentem in throno projecit ad aquilonem, praecipitans in abyssum, ita ut earum amplius nullam videre valerem. Splendorem autem illum magnum qui eis abstractus est, vidi subito in earum exstinctione reverti ad ipsum sedentem in throno.

Et audivi eum qui sedebat in throno mihi dicentem: Scribe quae vides et audis. Et respondi de interiori scientia ejusdem visionis: Rogo te, mi Domine, ut mihi des intellectum, quatenus possim enarrabiliter proferre haec mystica, et ne derelinquas me; sed confirma me in aurora tuae justitiae, in qua manifestatus est Filius tuus, et da mihi quomodo possim et qualiter debeam proferre divinum consilium, quod in antiquo consilio ordinatum est; quomodo Filium tuum voluisti incarnari, ita ut homo sub tempore fieret, hoc volens ante omnem creaturam in simplicitate tua et in igne columbae scilicet Spiritus sancti, ut ipse Filius tuus, quasi splendida solis forma mirabiliter surgens, in incipiente capite virginitatis veraciter indueretur humanitate propter hominem sumpta hominis forma.

Et iterum audivi eum dicentem mihi: O quam pulchri sunt oculi tui in divina narratione, dum ibi consurgit aurora in divino consilio. Et iterum respondi de interiori scientia visionis ipsius: Ego mihi appareo in sinu animi mei, ut cinis cinereae putredinis, et sicut pulvis instabilitatis, unde sedeo pavens in umbra sicut penna; sed ne deleas me de terra viventium ut peregrinam; quia in magno sudore laboro in hac visione, et quia etiam de vilitate mei stulti sensus qui meus est in carne, reputo me frequenter in minimum et in vilissimum locum, ita quod non sim digna vocari homo, quia valde timeo non audens tua mysteria narrare. O bone ac mitis Pater, doce me quae tua voluntas sit, quid debeam proferre. O tu metuende Pater et o tu dulcissime, et o tu plene omnis gratiae, ne derelinquas me: sed conserva me in tua misericordia.

Y aquel círculo estaba desde la tierra a tanta altitud que no podía comprenderla, rindiendo de sí un esplendor muy terrible, a saber, de color pétreo, calibeo e ígneo, extendiéndose así por todas partes según su amplitud hacia arriba en la altura del cielo, y hacia abajo en lo profundo del abismo, de modo que no me bastaba ver fin alguno de él.

Vi también entonces del secreto del que sentaba en el trono una estrella grande, de muchísimo esplendor y decoro, que salía, y con ella una muchísima multitud de centellas candentes, las cuales con aquella estrella, todas educidas hacia el austro, miraban al que sentaba en el trono como a un extraño, y apartándose de él anhelaban más al aquilón de lo que querían mirar en él. Pero al punto, en la misma aversión de su inspección, todas se extinguieron, convertidas así en la negrura de los carbones. He aquí que un viento de torbellino surgió de ellas, el cual pronto las proyectó desde el austro detrás del que sentaba en el trono hacia el aquilón, precipitándolas en el abismo, de modo que no pude ver más a ninguna de ellas. Pero aquel esplendor grande que les fue abstraído, vi súbitamente en su extinción retornar al mismo que sentaba en el trono.

Y oí al que sentaba en el trono diciéndome: "Escribe lo que ves y oyes". Y respondí de la ciencia interior de la misma visión: "Te ruego, mi Señor, que me des intelecto, para que pueda proferir enarrablemente estas cosas místicas, y no me desampares; sino confírmame en la aurora de tu justicia, en la cual se manifestó tu Hijo, y dame cómo pueda y de qué modo deba proferir el divino consejo, que en el antiguo consejo fue ordenado; cómo quisiste que tu Hijo se encarnara, de modo que se hiciera hombre bajo el tiempo, queriendo esto antes de toda criatura en tu simplicidad y en el fuego de la paloma, a saber, del Espíritu Santo, para que tu mismo Hijo, como espléndida forma del sol maravillosamente surgiendo, en el incipiente principio de la virginidad se revistiera verazmente de la humanidad, tomada la forma del hombre por causa del hombre".

Y otra vez lo oí diciéndome: "Oh, cuán bellos son tus ojos en la narración divina, mientras allí surge la aurora en el divino consejo". Y otra vez respondí de la ciencia interior de la visión misma: "Yo me aparezco a mí misma en el seno de mi ánimo como ceniza de cenicienta putrefacción, y como polvo de inestabilidad, por lo cual me siento temblando en la sombra como una pluma; pero no me borres de la tierra de los vivientes como a una extraña; porque trabajo con gran sudor en esta visión, y porque también por la vileza de mi estúpido sentido que es mío en la carne, me reputo frecuentemente en el mínimo y vilísimo lugar, de modo que no soy digna de ser llamada humana, porque temo mucho no osando narrar tus misterios." Oh buen y tierno Padre, enséñame cuál sea tu voluntad, qué deba proferir. Oh tú temible Padre y oh tú dulcísimo, y oh tú lleno de toda gracia, no me desampares: sino consérvame en tu misericordia.

Et iterum audivi eumdem mihi dicentem. Nunc dic quomodo edocta es. Volo ut dicas: Quamvis cinis sis. Dic revelationem panis qui Filius Dei est, qui vita est in igneo amore, omnem mortuum suscitans in anima et corpore, et dissoluta peccata relaxans in serena claritate, ipse initium suscitationis sanctitatis in homine existens, antequam in se exuscitetur. Unde etiam magnificus et gloriosus ac incomprehensibilis Deus dedit magnum praesidium mittens Filium suum in pudicitiam virginitatis, quae non potuit habere ullam varietatem macularum in sua virginitate unde ipsa molliretur. Ibi non potuit nec esse debuit ulla pollutio carnis in mente Virginis, quia interfectrix et mortificatrix mortis generis humani, ipsamet nesciente, ut in somno decepta est, quando Filius Dei in magno silentio venit in auroram, videlicet in humilem puellam. Mors quasi secura processit nesciens vitam, quam illa dulcis Virgo portavit; quia sibi absconsa erat ejus virginitas. Ipsa enim Virgo erat pauper in terrenis opibus; quia divina majestas eam ita invenire voluit. Nunc scribe de vera agnitione Creatoris in bonitate ipsius sic.

Deus qui cuncta creavit et hominem ad gloriam illam de qua perditus angelus cum suis imitatoribus projectus est ordinavit, ab omni creatura sua maximo honore et timore venerandus et metuendus est, quia justum est ut Creatori omnium veneratio a creatura sua exhibeatur, et Deus super omnia fidelissime adoretur. Quod et lapis iste quem vides certissime designat. Ipse est enim in mysterio magnitudo timoris Domini: qui purissima intentione in cordibus fidelium semper oriri et perseverare debet.

Sed quod vides eum totum integrum et immensae latitudinis atque altitudinis ferreum colorem habentem, hoc est quod eadem firma et grandis magnitudo timoris Domini firmissime tenenda est, quia Deus metuendus est ab omni creatura in tota integritate, ut cognoscatur unus et verus Deus esse, cum nullus praeter eum est, nec similis illi, in quo est immensa latitudo; quoniam incomprehensibilis est in omnibus et super omnia, et altitudo; cum sanctam divinitatem nullus comprehendere, nec ad eam pertingere cum altitudine sui sensus potest, quia ipsa est super omnia. Quod autem est similitudinis ferrei coloris, hoc est quod onerosum et durum est humanis mentibus Deum timere, illud valde grave existens mollitiei fragilis cineris, quia humana creatura ipsi rebellis est.

Y otra vez oí al mismo diciéndome: "Ahora di cómo has sido instruida. Quiero que digas: aunque seas ceniza. Di la revelación del pan que es el Hijo de Dios, que es vida en el ígneo amor, resucitando a todo muerto en el alma y en el cuerpo, y relajando los pecados disueltos en la serena claridad, siendo él mismo el inicio de la resucitación de la santidad en el hombre, antes de que sea resucitado en sí." De donde también el magnífico y glorioso e incomprensible Dios dio un gran resguardo enviando a su Hijo a la pudicicia de la virginidad, la cual no pudo tener ninguna variedad de manchas en su virginidad de donde ella se ablandara. Allí no pudo ni debió haber ninguna polución de la carne en la mente de la Virgen, porque la interfectora y mortificadora de la muerte del género humano, ella misma sin saberlo, como engañada en el sueño, cuando el Hijo de Dios en gran silencio vino a la aurora, a saber, a la humilde doncella. La muerte procedió como segura ignorando la vida que aquella dulce Virgen portó; porque le estaba escondida su virginidad. Pues la misma Virgen era pobre en riquezas terrenas; porque la divina majestad quiso encontrarla así. Ahora escribe de la verdadera agnición del Creador en su bondad así.

Dios, que creó todas las cosas y ordenó al hombre para aquella gloria de la cual el ángel perdido con sus imitadores fue proyectado, debe ser venerado y temido con el máximo honor y temor por toda su criatura, porque es justo que por su criatura se exhiba veneración al Creador de todos, y que Dios sea adorado fidelísimamente sobre todas las cosas. Lo cual también esta piedra que ves designa certísimamente. Pues ella es en misterio la magnitud del Temor del Señor: el cual con purísima intención debe siempre surgir y perseverar en los corazones de los fieles.

Pero el que la veas toda íntegra y de inmensa latitud y altitud, que tiene color de hierro, esto es que la misma firme y grande magnitud del Temor del Señor debe ser tenida firmísimamente, porque Dios debe ser temido por toda criatura en toda integridad, para que se conozca que es el uno y verdadero Dios, pues ninguno hay fuera de Él, ni semejante a Él, en quien hay inmensa latitud; ya que es incomprensible en todas las cosas y sobre todas las cosas, y altitud; pues nadie puede comprender la santa divinidad, ni llegar a ella con la altitud de su propio sentido, porque ella está sobre todas las cosas. Pero el que sea de la semejanza del color de hierro, esto es que es oneroso y duro para las mentes humanas temer a Dios, siendo aquello muy grave para la molicie de la frágil ceniza, porque la criatura humana es rebelde a Él.

Super lapidem vero ipsum candida nubes clara sapientia humanae mentis est, ac super eam positus regalis thronus rotundus est fortis et principalis fides circuiens in Christiano populo, cui Deus fideliter cognitus est, quia ubi timor Domini radicat, ibi etiam sapientia humanae mentis superapparebit, et deinde Deo opem afferente, fides super hanc imponetur, in qua ipse Deus sibi requiem parat. Cum enim Deus timetur per sapientiam humanae mentis, in fide intelligitur; quia cum his tangendus est ut sedes tangit Dominum suum. Et tunc in his Deus parat sibi sedem, summus existens super omnia; quia neque potestate neque dominatione comprehendi potest, sed residet in unica et pura fide; quoniam unus est qui credendus Deus super omnia.

Unde sedens in throno juvenis perlucidus, mirabilis gloriae, tantaeque claritatis ut nullatenus eum perspicue valeres intueri, habens quasi in pectore suo limum nigrum et lutulentum latum ut magni hominis pectus, circumdatum lapidibus pretiosis atque margaritis; est super omnia regnans unus Deus, lucens in bonitate, et mirabilis in operibus suis, cujus immensam claritatem in profunditate mysterii sui, nullus hominum perfecte potest intueri, nisi quantum fide comprehenditur atque portatur; sicut sedes continet ac circumdat dominum suum, quae ita illi subjecta est, ut nec se elevare possit contra dominum suum: sic fides non desiderat superbe aspicere in Deum, sed tantum intima devotione tangit eum. Et quasi in pectore suo, id est in sapientia mysterii sui habet per amorem Filii sui infirmum et debilem ac pauperem limum qui homo est, nigrum in nigredine peccatorum, et lutulentum in pollutione carnis, et latum secundum similitudinem pectoris hominis, quod est dilatatio profundae et magnae sapientiae in qua ipse Deus creavit hominem, illes respiciens qui sunt in salvatione animae per poenitentiam, in qualicunque crimine contra Deum sint in sua debilitate calcitrantes, quia tandem ad eum pervenient. Hi sunt circumdati compluribus ornamentis illorum qui inter eos surgunt; ut lapides pretiosi in magnis personis qui sunt martyres ac virgines sanctitatis, et ut margaritae, qui sunt innocentes et poenitentes filii redemptionis, cum quibus idem limus valde ornatus est; dum in humano corpore fulgent tantae virtutes, quae in Deo sunt fulgentes in omni claritate.

Nam qui constituit spiraculum et vitam hominum, ille inspexit semetipsum. Quomodo? Scilicet eum redemptione dum praescivit in sua praedestinatione Filium suum incarnari, ita quod in ejus corpore deberet abstergi omnis maculosa varietas criminum.

Sobre la piedra misma, en verdad, la nube blanca es la clara sabiduría de la mente humana, y sobre ella puesto el trono real redondo es la fuerte y principal fe que circula en el pueblo cristiano, al cual Dios es conocido fielmente; porque donde el Temor del Señor radica, allí también la sabiduría de la mente humana aparecerá encima, y después, trayendo Dios auxilio, la fe será impuesta sobre esta, en la cual el mismo Dios se prepara un descanso. Pues cuando Dios es temido por la sabiduría de la mente humana, es entendido en la fe; porque con estas debe ser tocado como la sede toca a su Señor. Y entonces en estas Dios se prepara una sede, siendo sumo sobre todas las cosas; porque ni por la potestad ni por la dominación puede ser comprendido, sino que reside en la única y pura fe; ya que uno es el Dios que debe ser creído sobre todas las cosas.

De donde el joven perlúcido que sienta en el trono, de maravillosa gloria, y de tanta claridad que de ningún modo podías mirarlo claramente, teniendo como en su pecho un limo negro y lutulento, ancho como el pecho de un gran hombre, rodeado de piedras preciosas y margaritas; es el único Dios que reina sobre todas las cosas, luciente en la bondad, y maravilloso en sus obras, cuya inmensa claridad en la profundidad de su misterio ningún hombre puede mirar perfectamente, a no ser cuanto por la fe es comprendido y portado; así como la sede contiene y rodea a su señor, la cual de tal modo le está sujeta que ni puede elevarse contra su señor: así la fe no desea mirar soberbiamente en Dios, sino que solo con íntima devoción lo toca. Y como en su pecho, esto es, en la sabiduría de su misterio, tiene por el amor de su Hijo al ínfirmo y débil y pobre limo que es el hombre, negro en la negrura de los pecados, y lutulento en la polución de la carne, y ancho según la semejanza del pecho del hombre, que es la dilatación de la profunda y gran sabiduría en la cual el mismo Dios creó al hombre, mirando a aquellos que están en la salvación del alma por la penitencia, en cualquier crimen que estén contra Dios, coceando en su debilidad, porque finalmente llegarán a Él. Estos están rodeados de varios ornamentos de aquellos que surgen entre ellos; como piedras preciosas en las grandes personas que son mártires y vírgenes de santidad, y como margaritas, que son los hijos inocentes y penitentes de la redención, con los cuales el mismo limo está muy adornado; mientras en el cuerpo humano brillan tan grandes virtudes, las cuales en Dios son lucientes en toda claridad.

Pues el que constituyó el espiráculo y la vida de los hombres, Él se miró a sí mismo. ¿De qué modo? A saber, con la redención, mientras previó en su predestinación que su Hijo se encarnaría, de modo que en su cuerpo debiera borrarse toda maculada variedad de crímenes.

Et sic videt etiam animas quae justificabuntur post multiplicationem superfluorum peccatorum dum adhuc in corporibus suis sunt, et quae consuescent in justitia Dei ambulare post diversitatem errorum suorum qualiter consistant in Deo, ac qualiter desistant de multa oblivione, et quomodo revertantur de unoquoque vitio quo ipsae sunt vulneratae cum in mortalibus ceciderunt peccatis, et sicut sunt videntes quod multi populi surrexerunt de errantibus viis in quibus ambulabant pleni vulneribus in plagis pessimis restaurati de morte feditatis criminum: sic etiam multi veniunt qui in amaritudine acerbi doloris peccati tam graviter sunt vulnerati, quod ipsi etiam in consuetudine malorum morum in quibus supra modum peccaverunt sunt ita tediosi, quod nequeunt ultra respirare in fluctibus, ad operandum mortiferum opus in adulterio, et homicidio et superfluitate omnium malorum.

O miseri, nonne veniunt ipsi quasi peregrini de longinqua regione sicut Scriptura habet in Evangelio, ubi adolescentior filius dixit: Surgam et ibo ad patrem meum et dicam illi: Pater, peccavi in coelum et coram te; jam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum ex mercenariis tuis? (Luc. XV). Hoc tale est. Homo qui de lapsu peccati per admonitionem Spiritus sancti revertitur in se, dicit: Volo surgere de importabilibus peccatis quae a me nullatenus sunt sustinenda, de gravi culpa, sed revertar in recordatione mentis meae plangens ac moerens peccata mea: sic veniens ad patrem meum, qui pater meus est, quoniam creavit me, et dicam illi: Pater, peccavi in caelum, id est in coeleste opus quod ego sum, quem formasti in voluntate tua, me sic tangendo in creatione ipsa, quod ego etiam coelestis debui esse in actibus meis, sed feci me contractum cum turpissimis operibus, peccans etiam coram te, quia humanam naturam destitui in me.

Quomodo? In multis abominationibus,ideo sum et ego reus in mea perditione et in tua majestate: et non sum dignus nominari filius tuus, quia propter nequitiam cordis mei creaturam tuam duxi in me in alium modum quam a te constitutus sum. Sed nunc fac mihi ut tuo redempto servo in mercede sanguinis Filii tui, qui ipsum dedisti in tantam mercedem quam mors nunquam rependere poterit ulla recompensatione, sed dimittit peccatores per poenitentiam quae in passione Filii tui orta est, quia rectam haereditatem filiorum amisi in Adam, qui creatus filius, in justitia destitutus est gloria felicitatis. Nunc autem debet poenitentia redimere hominis peccata cum sanguine Filii tui.

Y así ve también las almas que se justificarán tras la multiplicación de los pecados superfluos mientras todavía están en sus cuerpos, y que se acostumbrarán a caminar en la justicia de Dios tras la diversidad de sus errores, cómo consisten en Dios, y cómo desisten de mucha desidia, y cómo retornan de cada vicio por el cual ellas fueron vulneradas cuando cayeron en pecados mortales; y como están viendo que muchos pueblos surgieron de las vías errantes en las cuales caminaban, llenos de heridas en plagas pésimas, restaurados de la muerte de la fealdad de los crímenes: así también vienen muchos que en la amargura del acerbo dolor del pecado están tan gravemente vulnerados, que ellos mismos en la costumbre de los malos hábitos en los cuales pecaron sobremanera están tan tediosos, que no pueden respirar más en las fluctuaciones, para obrar la obra mortífera en el adulterio, el homicidio y la superfluidad de todos los males.

Oh miseros, ¿acaso no vienen ellos como peregrinos de una región lejana, como dice la Escritura en el Evangelio, donde el hijo menor dijo: "Me levantaré e iré a mi padre y le diré: Padre, pequé contra el cielo y ante ti; ya no soy digno de ser llamado hijo tuyo, hazme como a uno de tus mercenarios"? (Luc. XV). Esto es tal cosa. El hombre que del lapso del pecado por la amonestación del Espíritu Santo vuelve en sí, dice: "Quiero levantarme de los insoportables pecados que de ningún modo han de ser sostenidos por mí, de la grave culpa, sino que volveré en el recuerdo de mi mente llorando y doliéndome por mis pecados: viniendo así a mi padre, que es mi padre porque me creó, y le diré: 'Padre, pequé contra el cielo', esto es, contra la obra celestial que yo soy, a quien formaste en tu voluntad, tocándome así en la creación misma, de modo que yo también debí ser celestial en mis actos, pero me hice contraído con torpísimos trabajos, pecando también 'ante ti', porque destituí la naturaleza humana en mí."

¿De qué modo? En muchas abominaciones, por eso también soy yo reo en mi perdición y en tu majestad: y "no soy digno de ser nombrado hijo tuyo", porque por la nequicia de mi corazón llevé tu criatura en mí de otro modo que como por ti fui constituido. Pero ahora haz conmigo como con tu siervo redimido en la merced de la sangre de tu Hijo, a quien diste en tan gran merced que la muerte nunca podrá repagar con ninguna recompensa, sino que Él perdona a los para pecadores por la penitencia que surgió en la pasión de tu Hijo, porque perdí la recta herencia de los hijos en Adán, quien, creado hijo, fue destituido en la justicia de la gloria de la felicidad. Ahora pues la penitencia debe redimir los pecados del hombre con la sangre de tu Hijo.

Istud est dicendum ab iis qui iterant casum Adae et post haec revertuntur per poenitentiam sic pertingentes ad salvationem, et memores sunt quod multas monitiones audierunt, quae de Scripturis sunt narratae et de cruciatu et de sanguine Redemptoris eorum, et recordantur gementes quod transgressi sunt cum auditu, quo cum studio debuerunt percipere quomodo servarent verbum Dei, cum ipsi negligerent legem ejus quae eis erat instituta ad custodiendum, in constitutione praecepti recusantes inspicere quid deberent facere vel quid deberent dimittere propter timor Domini, qui tamen veniunt ad veritatem, recordantes ea quae audierunt vel sciverunt a Deo, quamvis prius ita caecati essent, quod omnino nollent scire justitiam ipsius, ut se ad hoc declinarent quod ipsam praeponerent peccatis suis, cum spernerent eam et cum rejicerent retro verbum Dei, respuentes legem ejus. Multi de his erunt superabundantes in bonis: ita ut nec satientur, nec eis sufficiat epulari in domo Dei celebrando divinum officium et operando justitiam ejus superabundanter, ita quod semper sunt flentes et memores in doloribus malorum quae in anteactis rebus perpetrarunt dum colebant illicita opera, transeuntes legis Dei licita.

Iste est lutens limus quem vides in pectore pii Patris. Quomodo? Filio Dei qui de corde Patris exivit veniens in mundum, adest credens populus, adhaerens ipsi hac intentione qua credit in cum. Certe propterea sic etiam isti apparent in pectore pii Patris, ut non spernat angelus nec ulla creatura hominem, quia summi Dei Filius incarnatus habet formam hominis in seipso.

Beatus enim angelicus chorus propterea in indignatione habet hominem quia nimium sordescit in peccatis suis, cum ipsi beati angeli inviolabiles sint absque ulla transgressione justitiae, semper attentissime videntes faciem Patris. Et quod amatur a Patre: hoc etiam ipsi amant in Filio. Quomodo? Scilicet quod Dei Filius natus est homo, nam ego Pater Filium meum ex Virgine natum posui in salvationem et in restaurationem hominis, ut vobis annuntiat Isaias propheta servus meus. Sicut pastor gregem suum pascet in brachio suo congregabit agnos et in sinu suo levabit, foetas ispe portabit. (Isai. LX). Hoc tale est. Sicut pastor gregem suum pascit, sic pascet Filius meus pastor bonus redemptum gregem suum. Quomodo? Ipse pascit eum lege sua, quam ipsemet per me plantavit. Unde etiam in sua extensa potestate ut in brachio suo; quia idem Filius meus est homo, congregabit innocentes agnos de culpa Adae per innocentiam baptismi, cum ab eis exuitur vetus homo cum operibus suis, et levabit ipsos in virtutibus suis et in lege sua in sinu suo. Quomodo? Videlicet quia levat eos super excelsa coelorum tali modo quod fiunt membra ejus.

Esto ha de decirse por aquellos que reiteran la caída de Adán y tras esto retornan por la penitencia alcanzando así la salvación, y se acuerdan de que oyeron muchas amonestaciones, que fueron narradas de las Escrituras tanto del cruciato como de la sangre de su Redentor, y recuerdan gimiendo que transgredieron con el oído, por el cual con estudio debieron percibir cómo guardarían la palabra de Dios, ya que ellos descuidaron su ley que les había sido instituida para guardarla, en la constitución del precepto rehusando mirar qué debían hacer o qué debían dejar por el temor del Señor, quienes sin embargo vienen a la verdad, recordando aquellas cosas que oyeron o supieron de Dios, aunque antes estuvieran tan cegados que en absoluto quisieran saber su justicia, para inclinarse a esto que la antepusieran a sus pecados, pues la despreciaban y pues arrojaban atrás la palabra de Dios, rechazando su ley. Muchos de estos serán sobreabundantes in bienes: de modo que ni se sacian, ni les basta con banquetear en la casa de Dios celebrando el divino oficio y obrando su justicia sobreabundantemente, de modo que siempre están llorando y recordando en los dolores los males que en las cosas pasadas perpetraron mientras cultivaban obras ilícitas, traspasando las cosas lícitas de la ley de Dios.

Este es el limo lodoso que ves en el pecho del piadoso Padre. ¿De qué modo? Al Hijo de Dios que salió del corazón del Padre viniendo al mundo, le asiste el pueblo creyente, adhiriéndose a Él con esta intención por la cual creen en Él. Ciertamente por eso también estos aparecen así en el pecho del piadoso Padre, para que ni el ángel ni ninguna criatura desprecie al hombre, porque el Hijo del sumo Dios encarnado tiene la forma del hombre en sí mismo.

Pues el beato coro angélico por eso tiene indignación contra el hombre porque demasiado se envilece en sus pecados, mientras los mismos beatos ángeles son inviolables sin ninguna transgresión de la justicia, viendo siempre atentísimamente la faz del Padre. Y lo que es amado por el Padre: esto también ellos lo aman en el Hijo. ¿De qué modo? A saber, que el Hijo de Dios nació hombre, pues yo el Padre puse a mi Hijo nacido de la Virgen para la salvación y para la restauración del hombre, como os anuncia el profeta Isaías mi siervo. "Como pastor apacentará su grey, en su brazo congregará los corderos y en su seno los elevará, él mismo llevará a las ovejas paridas". (Isa. XL). Esto es tal cosa. Como el pastor apacienta su grey, así apacentará mi Hijo el buen pastor su redimida grey. ¿De qué modo? Él mismo la apacienta con su ley, la cual él mismo por mí plantó. De donde también en su extensa potestad como en su brazo; porque el mismo mi Hijo es hombre, congregará a los inocentes corderos de la culpa de Adán por la inocencia del bautismo, cuando de ellos se despoja el viejo hombre con sus obras, y los elevará en sus virtudes y en su ley en su seno. ¿De qué modo? A saber, porque los eleva sobre lo excelso de los cielos de tal modo que se hacen miembros de Él.

Quapropter sic in interiori secreto deitatis apparet homo in forma sua, quod nec angeli habent nec ulla alia creatura, quia Unigenitus meus propter redemptionem generis humani in virginea carne formam assumpsit hominis. Ipse portabit etiam foetas in corpore suo. Quomodo? Ipse Filius meus portat homines in sanguine suo: sic quod salvi facti sunt per quinque vulnera ejus; quia quodcunque peccaverint per quinque sensus suos, hoc abstergetur per summam justitiam post poenitentiam, quoniam ipsemet eos ita portavit, quod incarnatus est, et quod passus est quinque vulnera in cruce, et quod mortuus et sepultus est et quod a mortuis resurrexit. Ipse porrexit etiam ipsis manum suam, cum eos retraxit ad se. Quomodo? Scilicet quia Filius meus assumpsit humanitatem pro illis, qui se putabant propter casum Adae in aeternum periisse. Idem Unigenitus meus vicit etiam mortem, sic quod non potuit amplius dominari super eos. Unde et ipse ita novit eos in virtute claritatis suae, ut venturi sunt in purgatione poenitentiae. Quod autem eos vides in sinu Patris apparere, hoc est quod Filius hominis perficitur cum membris suis in secreto Patris. Quomodo? Cum enim mundus complebitur, tunc electi etiam Christi qui membra ejus sunt, perficiuntur.

O quam pulcher ille est, ut etiam Psalmista ait: Speciosus forma prae filiis hominum. (Psal. XLIV). Hoc tale est. Pulcherrima pulchritudo fulget in eo clarissimae formae sine ulla macula peccati, et absque liquore humanae feditatis, et sine ulla concupiscentia facti operis in desideriis peccatorum, quae exigit caro mortalis infirmitatis. Hoc nunquam tetigit hunc hominem. Et forma illa Filii hominis nata est in simplicitate prae aliis hominibus, ita quod illaesa Virgo genuit natum suum in ignorantia peccati, se nesciens in aerumna habere filium. Quomodo? Quoniam non sensit ullum contactum in peccatis, ideo ignorabat se habere dolorem in partu, sed intus in ea corporis sui integritas gaudebat. O quam speciosus forma! Sed noscant homines ibi carnalem pulchritudinem non fuisse majorem nisi quatenus ordinatio profundae sapientiae constituit formam hominis, quia Pater et Filius et Spiritus sanctus unus Deus in tribus personis non delectatur in pulchritudine carnis, sed in magna humilitate qua Filius Dei se induit humanitate. In forma autem filii hominis non erat ulla maculositas, ut aliquando distorquetur homo molesta facie in diversitate corporis, quod est in judicio Dei, scilicet cum membra hominis divisa sunt non recte ordinata ut debilium quod non est secundum naturam formationis in corpore hominis, sed secundum judicium Dei. Et fortis quidem natura existit in recta formatione, infirma autem defluit in diversitatem formationis contrariae formae, quod non erat opus in homine Filio meo.

Por lo cual así en el secreto interior de la deidad aparece el hombre en su forma, la cual ni los ángeles tienen ni ninguna otra criatura, porque mi Unigénito por la redención del género humano en carne virginal asumió la forma del hombre. Él mismo llevará también a las ovejas paridas en su cuerpo. ¿De qué modo? Mi mismo Hijo lleva a los hombres en su sangre: de modo que han sido hechos salvos por sus cinco llagas; porque cualquier cosa que hayan pecado por sus cinco sentidos, esto se borrará por la suma justicia tras la penitencia, ya que Él mismo de tal modo los llevó, que se encarnó, y que padeció las cinco llagas en la cruz, y que murió y fue sepultado y que resucitó de entre los muertos. Él mismo les alargó también su mano, cuando los retrajo hacia sí. ¿De qué modo? A saber, porque mi Hijo asumió la humanidad por aquellos que pensaban por la caída de Adán haber perecido eternamente. El mismo mi Unigénito venció también la muerte, de modo que no pudo dominar más sobre ellos. De donde también Él mismo de tal modo los conoció en la virtud de su claridad, como han de venir en la purgación de la penitencia. Pero el que los veas aparecer en el seno del Padre, esto es que el Hijo del hombre se perfecciona con sus miembros en el secreto del Padre. ¿De qué modo? Pues cuando el mundo se complete, entonces los elegidos también de Cristo que son sus miembros, son perfeccionados.

¡Oh, cuán bello es aquel!, como también dice el Salmista: "Hermoso en forma sobre los hijos de los hombres". (Sal. XLIV). Esto es tal cosa. La más bella hermosura brilla en Él de clarísima forma sin ninguna mancha de pecado, y sin el licor de la fealdad humana, y sin ninguna concupiscencia de hecho realizado en los deseos de los pecados, los cuales exige la carne de la mortal enfermedad. Esto nunca tocó a este hombre. Y aquella forma del Hijo del hombre nació en simplicidad sobre los demás hombres, de modo que la ilesa Virgen engendró a su nacido en la ignorancia del pecado, sin saberse tener un hijo en la amargura. ¿De qué modo? Puesto que no sintió ningún contacto en los pecados, por eso ignoraba tener dolor en el parto, sino que dentro en ella la integridad de su cuerpo se gozaba. ¡Oh, qué hermoso en forma! Pero sepan los hombres que allí la hermosura carnal no fue mayor sino en cuanto la ordenación de la profunda sabiduría constituyó la forma del hombre, porque el Padre y el Hijo y el Espíritu Santo un solo Dios en tres personas no se deleita en la hermosura de la carne, sino en la gran humildad por la cual el Hijo de Dios se revistió de humanidad. En la forma pues del hijo del hombre no había ninguna maculosidad, como a veces se distorsiona el hombre con cara molesta en la diversidad del cuerpo, lo cual es en el juicio de Dios, a saber, cuando los miembros del hombre están divididos no rectamente ordenados como de los débiles, lo cual no es según la naturaleza de la formación en el cuerpo del hombre, sino según el juicio de Dios. Y la naturaleza fuerte ciertamente existe en la recta formación, pero la ínfima fluye hacia la diversidad de la formación de contraria forma, lo cual no era necesario en el hombre mi Hijo.

Sed, inquam, magna diversitate sint homines in suis membris, ita quod ipsi sunt nigri, foedi, polluti, leprosi, hydropici, et pleni vitiis, habentes etiam rubiginem maleficii in suasione diabolicae artis, et insipientes et duri videre bona Domini, et accusandi atque culpandi de multa oblivione quod justitiam debuerunt operari et operantur malum, ac dimittunt bonum, despicientes crucem et martyrium Domini sui.

Deus tamen Pater inspicit intentione suae bonitatis factum opus de limo sicut pater respicit ad filios suos dum eos elevat in sinum suum. Et quoniam ipse Deus est; habet pii patris dilectionem ad filios suos. Tali enim modo est ei interior dilectio cordis ad homines, quod Filium suum misit ad crucis opprobrium quasi agnum mansuetum qui portatur ad victimam occidendus: ita quod Filius meus reportavit perditam ovem, quam e faucibus lupi tulit, supra humerum suum, assumpta humanitate, in magnis eam portans doloribus, cum dignatus est mori pro ovibus suis.

In illis autem hominibus sunt multi circumdati ornamentis, qui et decorati sunt pretioso ornatu virtutum: qui sunt martyres, virgines, innocentes et poenitentes ac subjecti magistris suis, ut jam dictum est, et qui seipsos conscios reddunt in criminibus suis, in his se cruciantes cum inexpugnabili certamine, dum negant in seipsis quod sunt.

Ibi non est dicendum qui sunt, vel ubi sunt electi; nam omnes computati sunt. Quis est ille cui possibile sit videre in profundam sapientiam Altissimi et in discretionem scientiae ejus quid ipse habeat in numero salvandorum. Incomprehensibilia sunt judicia ejus omnibus hominibus. Vobis currendum est; quia paratum est vobis regnum Dei. Nam secundum studium fidelium operantium justitiam Dei qui sunt abluti in baptismo cognitique in fide, talis etiam merces eorum erit.

Quod autem vides quod de sedente in throno protenditur magnus circulus aurei coloris ut aurora, cujus amplitudinem nullo modo comprehendere potes, hoc est quod ab omnipotente Patre extenditur fortissima potestas et fortissimum opus ejus omnia comprehendens in potentia ipsius, cum qua est operans in Filio suo quem semper in majestate divinitatis apud se habuit, per eum ordinans ac perficiens omnia opera sua ante mundum et in mundo ab initio, qui pulcherrimi fulgoris velut aurora rubet; quia Filius in sapientissima Virgine quam aurora significat, incarnatus est inspiratione digiti Dei qui Spiritus sanctus est; in quo etiam factum est omne opus Patris.

Pero, digo, en gran diversidad estén los hombres en sus miembros, de tal modo que ellos son negros, feos, pollutos, leprosos, hidrópicos y llenos de vicios, teniendo también el herrumbre del maleficio en la persuasión del arte diabólico, e insipientes y duros para ver los bienes del Señor, y debiendo ser acusados y culpados de mucha desidia porque debieron obrar la justicia y obran el mal, y dejan el bien, despreciando la cruz y el martirio de su Señor.

Dios Padre sin embargo mira con la intención de su bondad la obra hecha de limo, así como un padre mira a sus hijos mientras los eleva a su seno. Y puesto que Él mismo es Dios, tiene la dilección de un piadoso padre hacia sus hijos. Pues de tal modo es para Él la dilección interior del corazón hacia los hombres, que envió a su Hijo al oprobio de la cruz como cordero manso que es llevado a la víctima para ser matado: de modo que mi Hijo trajo de vuelta la oveja perdida, la cual tomó de las fauces del lobo, sobre su hombro, asumida la humanidad, portándola en grandes dolores, cuando se dignó morir por sus ovejas.

En aquellos hombres pues hay muchos rodeados de ornamentos, que también están decorados con el precioso ornato de las virtudes: que son mártires, vírgenes, inocentes y penitentes y sujetos a sus maestros, como ya se ha dicho, y que se reconocen conscientes en sus crímenes, atormentándose en estos con inexpugnable certamen, mientras niegan en sí mismos lo que son.

Allí no se ha de decir quiénes son, o dónde están los elegidos; pues todos han sido computados. Quién es aquel a quien le sea posible ver en la profunda sabiduría del Altísimo y en la discreción de su ciencia qué tenga Él mismo en el número de los que han de ser salvados. Incomprensibles son sus juicios para todos los hombres. A vosotros os toca correr; porque os está preparado el reino de Dios. Pues según el estudio de los fieles que obran la justicia de Dios, que son lavados en el bautismo y conocidos en la fe, tal también será la merced de ellos.

Pero el que veas que del que sienta en el trono se extiende un gran círculo de color áureo como la aurora, cuya amplitud de ningún modo puedes comprender, esto es que del Padre omnipotente se extiende su fortísima potestad y su fortísimo trabajo que todo lo comprende en su potencia, con la cual está obrando en su Hijo a quien siempre tuvo consigo en la majestad de la divinidad, por Él ordenando y perfeccionando todas sus obras antes del mundo y en el mundo desde el principio, el cual enrojece con bellísimo fulgor como la aurora; porque el Hijo se encarnó en la sapientísima Virgen a quien la aurora significa, por inspiración del dedo de Dios que es el Espíritu Santo; en el cual también fue hecha toda obra del Padre.

Hujus gloriae circuitum nulla ratione comprehendere vales, quia nec ipsius potestas nec opera, nec ulla est mensura ullius bonitatis, vel potestatis ad illam mensurandam quae sit, vel fuerit, vel fieri debeat in ulla creatura, nisi quod Deus est inestimabilis et incomprehensibilis in potestate sua, et invictus ac mirabilis in opere suo. Et idem circulus gyrans ab oriente ad septentrionem, et ad occidentem atque ad meridiem se reflectens ad orientem ad ipsum sedentem in throno nec habens ullum finem; hoc est quod potestas ac opus Dei circumeunt, comprehendendo omnen creaturam.

Quomodo? In voluntate Patris qui cum Filio et Spiritu sancto Deus unus est, ortae sunt omnes creaturae, quae omnes sentiunt eum in potestate. Quomodo? Omnes sunt eum in creatione sentientes scilicet gyrantem ab oriente quod est in ortu omnis justitiae, et tendentem ad septentrionem in confusionem diaboli et ad occidentem ubi tenebrae mortis lucem vitae volunt opprimere, luce tamen iterum resurgente, devicta tenebrarum caligine, et ad meridiem, ubi ardens ardor est justitiae Dei in cordibus fidelium, se convertendo tandem ad ortum justitiae quasi ad orientem se recipit.

Quid hoc? Dum per summam potestatem opus Dei secundum praeordinatum a Deo tempus completum fuerit in hominibus in hoc mundo, tunc etiam implebitur circuitus ipsius mundi, perfectus in fine temporis in novissimo die, refulgebunt omnia opera Dei in electis ejus, sedente in throno non habente finem; quia Deus perfectus est in potestate ac in opere suo, qui erat et est et permanebit absque ulla inceptione ullius temporis in divinitate, ita quod non fuerit sed est.

Et quod ille circulus, a terra est tantae altitudinis ut eum comprehendere non possis, hoc est quod superna potestas ita excelsa est super omnes vitas creaturarum in sensu et in intellectu hominis, et ita incomprehensibilis in omnibus et super omnia, quod nulla creatura eam poterit metiri ulla capacitate sensus quin ipsa sit multo sublimior quam ei sit cognoscendum. Unde etiam angeli frequenter resonant Deum in laudibus. Ipsi enim vident eum in sua potestate et gloria; sed non possunt eum perfecte intuentes comprehendere quasi ad finem perveniant, neque unquam valent fastidio satietatis capi tam magnitudinis quam pulchritudinis ejus.

Quod autem ex se reddit splendorem valde terribilem scilicet lapidei, chalybei et ignei coloris, hoc est quod divina potestas ex se demonstrat duram virtutem in magna severitate contra dissimulatam et impoenitentem ac impunitam iniquitatem, formidabilem, et velut chalybeum; quia Deus est perspicua justitia quae non habet ullam injustitiam cedentis mollitiei, (tanquam pulvis, ut dicitur, injustum est quod Deo non placet); sed ipse est illa justitia quae quasi chalybe confirmavit omnem aliam justitiam quae multo fragilior est justitia ejus quam ferrum chalybi cedit, et etiam quasi igneum; quia ipse est judicialis ignis comburens peccatum ob omnem injustitiam quae se nunquam convertere voluit ad illum quaerens ejus misericordiam.

El circuito de esta gloria por ninguna razón puedes comprenderlo, porque ni su potestad ni sus obras, ni hay ninguna medida de ninguna bondad o potestad para medir aquella que sea, o haya sido, o deba hacerse en ninguna criatura, sino que Dios es inestimable e incomprensible en su potestad, e invicto y maravilloso en su obra. Y el mismo círculo girando desde el oriente al septentrión, y al occidente y al mediodía, reflejándose al oriente hacia el mismo que sienta en el trono ni teniendo fin alguno; esto es que la potestad y la obra de Dios circundan, comprendiendo a toda criatura.

¿De qué modo? En la voluntad del Padre que con el Hijo y el Espíritu Santo es un solo Dios, surgieron todas las criaturas, las cuales todas lo sienten en potestad. ¿De qué modo? Todas lo están sintiendo en la creación, a saber, girando desde el oriente que está en el orto de toda justicia, y tendiendo al septentrión para confusión del diablo, y al occidente donde las tinieblas de la muerte quieren oprimir la luz de la vida, resurgiendo sin embargo la luz otra vez, vencida la calígine de las tinieblas, y al mediodía, donde está el ardiente ardor de la justicia de Dios en los corazones de los fieles, convirtiéndose finalmente al orto de la justicia como al oriente se recibe.

¿Qué es esto? Mientras por la suma potestad la obra de Dios según el tiempo preordenado por Dios sea completada en los hombres en este mundo, entonces también se cumplirá el circuito del mundo mismo, perfeccionado al fin del tiempo en el novísimo día, refulgirán todas las obras de Dios en sus elegidos, no teniendo fin el que sienta en el trono; porque Dios es perfecto en la potestad y en su obra, que era y es y permanecerá sin ningún inicio de ningún tiempo en la divinidad, de modo que no fue sino que es.

Y el que aquel círculo esté desde la tierra a tanta altitud que no puedas comprenderla, esto es que la potestad superna es tan excelsa sobre todas las vidas de las criaturas en el sentido y en el intelecto del hombre, y tan incomprensible en todas las cosas y sobre todas las cosas, que ninguna cultura podrá medirla con ninguna capacidad de sentido sin que ella misma sea mucho más sublime de lo que le sea dado conocer. De donde también los ángeles frecuentemente resuenan a Dios en alabanzas. Pues ellos mismos lo ven en su potestad y gloria; pero no pueden, mirándolo perfectamente, comprenderlo como si llegaran al fin, ni nunca pueden ser tomados por el fastidio de la saciedad tanto de su magnitud como de su hermosura.

Pero el que de sí devuelva un esplendor muy terrible, a saber, de color lapídeo, calibeo e ígneo, esto es que la divina potestad demuestra de sí una dura virtud en gran severidad contra la iniquidad disimulada e impenitente e impune, formidable, y como calíbea; porque Dios es preclara justicia que no tiene ninguna injusticia de blandura cedente (como el polvo, según se dice, es lo injusto que a Dios no place); sino que Él mismo es aquella justicia que como con acero confirmó toda otra justicia, la cual es mucho más frágil que su justicia como el hierro cede al acero, y también como ígnea; porque Él mismo es el fuego judicial que consume el pecado por toda injusticia que nunca quiso convertirse a Él buscando su misericordia.

Est etiam Deus quasi lapis in homine; quoniam ipse est verus et justus absque ulla mutatione; quia ut lapis in mollitiem non potest converti, ita ille non habet ullam mutationem, et est velut chalybs, scilicet in efficacitate pertransiens omnia absque ulla mutatione ullius aut loci aut temporis, quia ipse est Deus super omnia existens, est etiam quasi ignis; quoniam inflammat et incendit et illuminat omnia absque vicissitudine succedentis temporis in novitate, quia ipse Deus est.

Et quod ipse splendor undique secundum amplitudinem suam sursum in altitudinem coeli et deorsum in profundum abyssi ita se extendit ut nullum finem ejus videre possis, hoc est quod virtus potestatis ac operis Dei, et justitia atque rectissimum judicium ejus ubique in incomprehensibilitate sua nec in superioribus coeli, nec in inferioribus abyssi ullum finem habet qui comprehendi possit humano sensu cum super omnia sit.

Vides etiam de secreto sedentis in throno stellam magnam plurimi splendoris ac decoris prodeuntem, et cum ea plurimam multitudinem cadentium scintillarum; quia praecepto omnipotentis Patris Lucifer angelus, qui nunc est Satanas, in ortu suo magna gloria ornatus et multa claritate ac decore vestitus prodiit, et cum eo omnes scintillae sui agminis tunc candentes in lucis fulgore, nunc autem exstinctae in caliginis tenebrositate; quoniam pronus ad malum, non aspexit in me solum perfectum; sed existimabat confidens in seipsum, posse incipere quod vellet, et perficere quod inciperet. Unde quod sedenti in throno debebat honoris quia per eum creatus est, hoc retorsit in seipsum, atque in hoc ipso declinaba se ad malum. Quod vero cum stella illa omnes eductae ad austrum, inspiciebant ipsum sedentem in throno quasi alienam, seque ab eo avertentes magis inhiabant ad aquilonem quam eum inspicere vellent, hoc est quod Lucifer omnisque comitatus ejus miserabiliter creatus in ardente bono Dei constitit, quasi per obliquum, in superbia videlicet dedignans regnantem in coelo; quia ipsi omnes orti in creatione; ab initio gustaverunt impietatem quae ad perditionem se vertit, Deum inspicientes non sic quod eum scire vellent in bonitate, sed quod se super eum velut super alienum vellent elevare, cum flagrante scilicet elatione se a cognitione ejus avertentes, et plus tendentes ad casum suum quam Deum in gloria sua cognoscere desiderarent.

Es también Dios como una piedra en el hombre; puesto que Él mismo es verdadero y justo sin ninguna mutación; porque como la piedra no puede convertirse en blandura, así Él no tiene ninguna mutación, y es como el acero, a saber, en la eficacia que atraviesa todas las cosas sin ninguna mutación de lugar o de tiempo, porque Él mismo es Dios que existe sobre todas las cosas, es también como el fuego; puesto que inflama e incendia e ilumina todas las cosas sin la vicisitud del tiempo subsiguiente en la novedad, porque Él mismo es Dios.

Y el que aquel esplendor por todas partes según su amplitud se extienda así hacia arriba en la altura del cielo y hacia abajo en lo profundo del abismo que no puedas ver su fin, esto es que la virtud de la potestad y de la obra de Dios, y su justicia y su rectísimo juicio en todas partes en su incomprensibilidad no tiene fin alguno ni en lo superior del cielo ni en lo inferior del abismo que pueda ser comprendido por el sentido humano, siendo que está sobre todas las cosas.

Ves también del secreto del que sienta en el trono una estrella grande de muchísimo esplendor y decoro que sale, y con ella una muchísima multitud de centellas que caen; porque por mandato del Padre omnipotente el ángel Lucifer, que ahora es Satanás, en su orto salió adornado con gran gloria y vestido con mucha claridad y decoro, y con él todas las centellas de su agrupe entonces candentes en el fulgor de la luz, pero ahora extinguidas en la tiniebla de la calígine; puesto que propenso al mal, no miró en mí solo el perfecto; sino que estimaba confiando en sí mismo, poder empezar lo que quisiera, y perfeccionar lo que empezara. De donde lo que debía de honor al que sienta en el trono porque por él fue creado, esto lo retorció hacia sí mismo, y en esto mismo se declinaba al mal. Pero el que con aquella estrella todos, conducidos al austro, inspeccionaban al mismo que sienta en el trono como a un extraño, y apartándose de él anhelaban más al aquilón que lo que quisieran inspeccionarlo a él, esto es que Lucifer y toda su compañía miserablemente consistió en el ardiente bien de Dios, como por oblicuo, en la soberbia a saber desdeñando al que reina en el cielo; porque todos ellos surgidos en la creación; desde el principio gustaron la impiedad que a la perdición se vuelve, inspeccionando a Dios no de modo que quisieran conocerlo en la bondad, sino de modo que quisieran elevarse sobre Él como sobre un extraño, apartándose con flagrante elación de la cognición de Él, y tendiendo más a su caída que lo que desearan conocer a Dios en su gloria.

Sed quod statim in ipsa aversione inspectionis suae omnes exstinctae sunt sic versae in nigredinem carbonum, hoc est dum Deum superbe dedignarentur scire, ipse Lucifer cum omnibus sequacibus suis in malitia sua exstinctus est a fulgore clari splendoris, quo per divinam potentiam indutus erat, delens in seipso interiorem pulchritudinem, qua debuit usus esse ad bonum; et se porrigens ad deglutiendam impietatem; ita exstinctus est ab aeterna claritate ut caderet in aeternam perditionem. Unde omnes versi sunt in nigredinem carbonum exstincti ignis; quia cum duce suo, scilicet diabolo, exuti claritate sui splendoris sic exstinctae sunt in perditione tenebrositatis, carentes omni gloria beatitudinis, ut carbo caret omni luce igneae scintillae. Quod autem ventus turbinis ortus est ab ipsis, qui eas mox ab austro retro sedentem in throno projecit ad aquilonem praecipitans in abyssum, ita ut earum amplius nullam videre valeres, hoc est quod maximus flatus impietatis erexit se in ipsis angelis iniquitatis, cum Deo vellent praevalere et eum per superbiam opprimere, qui exsufflatus est in amarissimam nigredinem perditionis, et eos de austro, id est de bono projecit retrorsum; quod est in oblivionem Dei cuncta regentis, quasi ad partem aquilonarem, ut ubi superbe exaltari volebant, ibi confusi casum invenirent, propter superbiam suam praecipitati in abyssum mortis aeternae, quae perditio ipsorum est ut in nulla claritate amplius videantur, ut per servum meum Ezechielem saltui meridiano qui ardenter fructum justitiae debuit et non attulit locutus sum dicens: Ecce ego succendam in te ignem, et comburam in te omne lignum viride, et omne lignum aridum; non exstinguetur flamma succensionis et comburetur in eo omnis facies ab austro usque ad aquilonem. Et videbit omnis caro, quia ego Dominus succendi eam, nec exstinguetur (Ezech. XX).

Hoc tale est. O stulte, qui in superbia tua te erexisti contra me, ego qui nec initium nec finem habeo, faciam ut in zelo meo accendatur in te ignis indignationis meae, per quem comburam in te omnem viriditatem tuam qua voluisti opus incipere, in falso vigore magis confidens in te quam in me; quia elegisti in tua stulta scientia esse secundum superbiam tuam comburamque in te omnem ariditatem illam peccati tui et aliorum perditorum cum peccatum in bono aridum suggeris homini qui cinis est, quia suggestio tua non recipiet in te ullam salvationem; sed fiet in te ignis aeternus.

Pero el que inmediatamente en aquella misma aversión de su inspección todos se extinguieron, así vueltos en la negrura de los carbones, esto es que mientras soberbiamente desdeñaran conocer a Dios, el mismo Lucifer con todos sus secuaces en su malicia se extinguió del fulgor del claro esplendor, con el que por la divina potencia estaba vestido, borrando en sí mismo la belleza interior, de la cual debió haber usado para el bien; y extendiéndose para devorar la impiedad; así se extinguió de la eterna claridad para que cayera en la eterna perdición. De donde todos fueron vueltos en la negrura de los carbones del fuego extinguido; porque con su jefe, a saber el diablo, despojados de la claridad de su esplendor así se extinguieron en la perdición de la tiniebla, careciendo de toda gloria de bienaventuranza, como el carbón carece de toda luz de la centella ígnea. Pero el que un viento de torbellino surgió de ellos, que pronto los proyectó desde el austro hacia atrás del que sienta en el trono al aquilón precipitándolos al abismo, de modo que no pudieras ver más a ninguno de ellos, esto es que el máximo soplo de impiedad se erigió en los mismos ángeles de iniquidad, cuando quisieron prevalecer sobre Dios y oprimirlo por la soberbia, el cual fue soplado en la amarguísima negrura de la perdición, y los proyectó del austro, esto es del bien, hacia atrás; que es en el olvido de Dios que todo lo rige, como hacia la parte aquilonar, para que donde soberbiamente querían ser exaltados, allí confusos encontraran la caída, precipitados por su soberbia al abismo de la muerte eterna, que es la perdición de ellos para que en ninguna claridad más se vean, como por mi siervo Ezequiel hablé al bosque meridiano que ardientemente debió traer el fruto de la justicia y no lo trajo, diciendo: He aquí que yo encenderé en ti un fuego, y consumiré en ti todo leño verde, y todo leño árido; no se extinguirá la llama del incendio, y se quemará en él toda faz desde el austro hasta el aquilón. Y verá toda carne que yo el Señor la encendí, ni se extinguirá (Ezech. XX).

Esto es tal. Oh necio, que en tu soberbia te erigiste contra mí, yo que ni principio ni fin tengo, haré que en mi celo se encienda en ti el fuego de mi indignación, por el cual consumiré en ti toda tu verdura con la cual quisiste empezar la obra, en falso vigor confiando más en ti que en mí; porque elegiste en tu necia ciencia ser según tu soberbia, y consumiré en ti toda aquella aridez de tu pecado y de los otros perdidos cuando sugieres el pecado, árido en el bien, al hombre que es ceniza, porque tu sugestión no recibirá en ti ninguna salvación; sino que se hará en ti fuego eterno.

Nec restat ulla tibi muneratio salutis, nec illis qui te sequuntur in exemplo tuo. Et non exstinguetur illa succensio poenarum in suppliciis suis, sed comburet praecipitem superbiam quasi in facie concupiscentiae aspectus honoris quem concepisti velle habere in teipso, qui ejectus es ab omni gloria tua; ab austro scilicet surgens in ardente clarissima luce, et cadens in tenebras aquilonis, id est inferni. Et hoc videbit omnis homo: videlicet electi et reprobi cognoscentes gehennam, quoniam electi eam cognoscunt; quia illam effugerunt; reprobi autem, quoniam cum ea in poenis permanebunt, scientes quia ego Dominus omnipotens succendi eam ad retributionem malorum tuorum, o diabole, nec exstinguetur in malis tuis nec sequentium te. Et sic perditio diabolicae superbiae projecit Satanam et angelos ejus in exteriores tenebras aeternorum tormentorum sine ulla consolatione luminis; ita ut illi nullus sit locus inventus in aeterno lumine, et tu, o fragilis homo horrens et stupens, eorum ultra nihil conspicere potuisti; sicut etiam idem Ezechiel in spiritu meo regi Tyri sub mystica significatione dicit: Omnes qui viderint te in gentibus obstupescent super te. Nihil factus es, et non eris in perpetuum (Ezech. XXVIII). Hoc tale est. Omnes recti corde qui viderint te, diabole, inebriatum vitiis in illis gentibus qui te amplexantur in praevaricatione legis Dei, arescent obstupescentes in tua sorde, quomodo polluis suggestione tua templum in aedificatione Dei quod homo est; et propterea nihil factus es per superbiam tuam in qua cecidisti ab omni gloria salvationis; quia omnino nullus vigor es, in nulla felicitate, neque eris inventus ullam gloriam amplius habens in aeternitate coelestium, quia tu confusus es in illis in perpetuum sine fine.

Sed quod splendorem illum magnum qui eis abstractus est, vidisti subito in earum exstinctionem reverti ad ipsum sedentem in throno: hoc est quod perspicuus et magnus fulgor quem diabolus propter superbiam et contumaciam suam perdidit cum in ipsum et omnes sequaces ejus intravit germen mortis (erat enim Lucifer purioris luminis quam caeteri angeli) reversus est ad Deum Patrem unde prodierat, servatus in secreto ejus; quia locus gloriae splendoris illius non debuit esse vacuus; sed Deus servavit eum alteri factae luci. Nam ejus quem Deus nudum surgere jussit atque non coopertum carne qui diabolus est cum omni comitatu ejus in splendere tamen clarum; splendorem servavit limo quem formavit in hominem, tegens ipsum vilissima natura terrae, ob idipsum ne se extolleret in similitudinem Dei, quia quem clarum creaverat in multo fulgore sed non coopertum tam fragili et tam misero tegmine quo et homo, hic non potuit stare in elatione sua, quia non est nisi unus Deus sine initio et sine fine in aeternitate. Ac ideo sceleratissimum est prae caeteris criminibus, quo quis se Deo simulat.

Ni resta para ti ninguna remuneración de salud, ni para aquellos que te siguen en tu ejemplo. Y no se extinguirá aquel incendio de las penas en sus suplicios, sino que consumirá la precipitada soberbia como en la faz de la concupiscencia del aspecto del honor que concebiste querer tener en ti mismo, tú que fuiste arrojado de toda tu gloria; surgiendo a saber del austro en ardiente clarísima luz, y cayendo en las tinieblas del aquilón, esto es del infierno. Y esto verá todo hombre: a saber los elegidos y los réprobos conociendo la gehenna, puesto que los elegidos la conocen; porque la huyeron; los réprobos en cambio, puesto que con ella en las penas permanecerán, sabiendo que yo el Señor omnipotente la encendí para retribución de tus males, oh diablo, ni se extinguirá en tus males ni en los de los que te siguen. Y así la perdición de la soberbia diabólica proyectó a Satanás y a sus ángeles a las tinieblas exteriores de los eternos tormentos sin ninguna consolación de luz; de modo que a él no se le encontró lugar alguno en la luz eterna, y tú, oh humano frágil (fragilis homo) horrorizado y estupefacto, no pudiste contemplar más nada de ellos; como también el mismo Ezequiel en mi espíritu dice al rey de Tiro bajo mística significación: Todos los que te vean entre las gentes se estupefactarán sobre ti. En nada te has convertido, y no serás para siempre (Ezech. XXVIII). Esto es tal. Todos los rectos de corazón que te vean, diablo, embriagado de vicios en aquellas gentes que te abrazan en la prevaricación de la ley de Dios, se secarán estupefactados en tu suciedad, cómo polucionas con tu sugestión el templo en la edificación de Dios que es el hombre; y por eso en nada te has convertido por tu soberbia en la cual caíste de toda gloria de salvación; porque en absoluto eres ningún vigor, en ninguna felicidad, ni serás encontrado teniendo más ninguna gloria en la eternidad de los celestiales, porque tú estás confuso en ellos para siempre sin fin.

Pero el que vieras que aquel gran esplendor que les fue sustraído, en la extinción de ellos repentinamente volvía al mismo que sienta en el trono: esto es que el preclaro y gran fulgor que el diablo por su soberbia y su contumacia perdió cuando en él y en todos sus secuaces entró el germen de la muerte (pues era Lucifer de una luz más pura que los demás ángeles) volvió a Dios Padre de donde había salido, guardado en su secreto; porque el lugar de la gloria de aquel esplendor no debió estar vacío; sino que Dios lo guardó para otra luz hecha. Pues el esplendor de aquel a quien Dios mandó surgir desnudo y no cubierto de carne, que es el diablo con toda su compañía sin embargo en claro esplendor; guardó el esplendor para el limo que formó en hombre, cubriéndolo con la naturaleza más vil de la tierra, por eso mismo para que no se ensalzara en la similitud de Dios, porque aquel a quien había creado claro en mucho fulgor pero no cubierto con tan frágil y tan mísero tegumento como el hombre, este no pudo estar en su elación, porque no hay sino un solo Dios sin principio y sin fin en la eternidad. Y por eso es esceleradísimo sobre los demás crímenes, por el cual alguien se simula a Dios.

Nunc autem ego Deus coelestis servavi illustre lumen quod retraxi a diabolo propter malum ejus, hoc diligenter abscondens apud me, et dedi illud limo terrae quem formavi ad imaginem et similitudinem meam, quemadmodum aliquis homo facit, cum filius ejus moritur cujus haereditas non transit in natos ejus; quia absque liberis decessit; haereditatem filii attrahit sibi pater et propone it eam in mente sua alii suo filio nondum sibi nato, daturus eam illi cum natus fuerit ex ipso. Nam diabolus cecidit absque haerede, quod est in recta intentione bonum opus: quia nunquam aliquid boni fecit nec incoepit, et ob hoc accepit alter haereditatem ejus, qui etiam cecidit, habens tamen haeredem, scilicet inceptionem obedientiae; quoniam eam suscepit cum devotione, quamvis opus ad hoc pertinens non perfecerit, sed gratia Dei perfecit illud opus in incarnatione salvationis populorum, in restaurationem bonae haereditatis. Atque ideo recepit homo haereditatem suam in Christo, quia non dedignatus est in initio praeceptum Dei, cum omnino diabolus non desideravit servitium Creatoris sui in bono, sed honorem in superbia: unde non recepit gloriam suam sed in perditione periit.

Et sicut Goliath surrexit despiciens David; ita erexit se diabolus in praesumptionem in seipso, volens similis esse Altissimo. Et ut Goliath ignorans vires David eum prorsus nihili reputans vilipendit, sic cumulata superbia diaboli contempsit humilitatem in humanitate Filii Dei, qui in mundo natus, non gloriam suam sed gloriam Patris per omnia quaesivit. Quomodo? Diabolus non desideravit imitari hoc exemplum, ut se subderet suo Creatori quemadmodum se Filius Dei subdidit suo Patri. Attamen David amputavit caput Goliath in secreta fortitudine Dei, ut Spiritu sancto inspirante scriptum est: Assumens autem David caput Philisthaei attulit illud in Jerusalem, arma vero ejus posuit in tabernaculo (I Reg. XVII).

Hoc tale est. Spolia et direptiones diaboli accepit fortissimus Filius meus, cum dejecit caput ejusdem serpentis antiqui. Ubi? In utero Virginis quae hoc caput contrivit. Per quem? Per eumdem Filium suum. Quae est haec contritio? Sancta humilitas, quae in matre et filio apparens percussit primum initium superbiae, quod est caput diaboli. Et sic Filii mei, secundum carnem, victrix humilitas attulit ipsum caput in sanctam Ecclesiam quae est visio pacis, ei ostendens quod per ipsam fortissimam humilitatem interfecta esset superbia diaboli; fortissima vero arma ejus sunt multiformia ejus vitia, quibus ille superavit genus humanum quod eum pro Deo coluit, sic exterrens in vitiosis artibus suis ut arma exterrere solent homines. Haec confregit Filius meus ponens ea in tabernaculo suo, id est in passionem corporis sui dum pateretur in cruce. Unde ipsam pugnam dimisit etiam in tabernaculis simul in corporibus electorum membrorum suorum: ut et ipsi distribuant arma diaboli cum ipso. Quomodo?

Ahora en cambio yo, Dios celestial, guardé la ilustre luz que retraje del diablo por su mal, escondiendo esta diligentemente conmigo, y la di al limo de la tierra que formé a mi imagen y semejanza, del mismo modo que hace algún hombre, cuando muere su hijo cuya herencia no pasa a sus hijos; porque falleció sin hijos; el padre atrae hacia sí la herencia del hijo y la propone en su mente a otro hijo suyo aún no nacido, para dársela cuando haya nacido de él. Pues el diablo cayó sin heredero, que es la buena obra en la recta intención: porque nunca hizo nada de bueno ni lo empezó, y por esto otro recibió su herencia, el cual también cayó, teniendo sin embargo heredero, a saber el inicio de la obediencia; puesto que la recibió con devoción, aunque no perfeccionara la obra perteneciente a esto, sino que la gracia de Dios perfeccionó aquella obra en la encarnación de la salvación de los pueblos, para restauración de la buena herencia. Y por eso recibió el hombre su herencia en Cristo, porque no desdeñó en el principio el precepto de Dios, mientras que el diablo en absoluto deseó el servicio de su Creador en el bien, sino el honor en la soberbia: de donde no recibió su gloria sino que pereció en la perdición.

Y así como Goliat se levantó despreciando a David; así se erigió el diablo en presunción en sí mismo, queriendo ser semejante al Altísimo. Y como Goliat, ignorando las fuerzas de David, reputándolo por nada en absoluto, lo vilipendió, así la acumulada soberbia del diablo despreció la humildad en la humanidad del Hijo de Dios, el cual, nacido en el mundo, no buscó su gloria sino la gloria del Padre por todas las cosas. ¿De qué modo? El diablo no deseó imitar este ejemplo, para someterse a su Creador del mismo modo que el Hijo de Dios se sometió a su Padre. Sin embargo David amputó la cabeza de Goliat en la secreta fortaleza de Dios, como por inspiración del Espíritu Santo está escrito: "Tomando pues David la cabeza del filisteo la trajo a Jerusalén, pero sus armas las puso en el tabernáculo" (I Reg. XVII).

Esto es tal. Los despojos y las rapiñas del diablo recibió mi fortísimo Hijo, cuando derribó la cabeza de la misma serpiente antigua. ¿Dónde? En el útero de la Virgen que trituró esta cabeza. ¿Por quién? Por el mismo Hijo suyo. ¿Qué es esta trituración? La santa humildad, que apareciendo en la madre y el hijo hirió el primer inicio de la soberbia, que es la cabeza del diablo. Y así la victoriosa humildad de mi Hijo, según la carne, trajo la misma cabeza a la santa Iglesia que es visión de paz, mostrándole que por la misma fortísima humildad había sido muerta la soberbia del diablo; pero sus fortísimas armas son sus multiformes vicios, con los cuales él superó al género humano que lo adoró por Dios, aterrando así en sus viciosas artes como las armas suelen aterrar a los hombres. Estas las quebrantó mi Hijo poniéndolas en su tabernáculo, esto es en la pasión de su cuerpo mientras padecía en la cruz. De donde dejó la misma lucha también en los tabernáculos a la vez en los cuerpos de sus elegidos miembros: para que también ellos distribuyan las armas del diablo con él. ¿De qué modo?

Ut sicut ipse devicit diabolum in passione sua, sic et ipsi eum devincant se constringentes in desideriis, et non sint consentientes vitiis illius. Et secundum similitudinem hanc, ut gloria Goliath data est David: ita gloriam quae ablata est primo angelo, dedi Adae et generi ejus, quod confitetur me servans praecepta mea, interempta superbia diaboli. Qui autem interioris sensus perspicaces audiendi aures habet, hic in ardenti amore speculi mei, ad verba haec anhalet, et ea in conscientia animi sui conscribat. VISIO SECUNDA.

SUMMARIUM. ---Quod fides magna in virtute, palam surrexit in circumcisione Abrahae. Quod fides conjuncta est timori Domini et timor Domini fidei. Quod fideles per quatuor partes terrae super fide bona opera aedificant. De quatuor quadris. Quod oportet hominem humiliter incedere et insidias diaboli sapienter fugere. De quatuor angulis aedificii quod significent. Item aliter de eisdem angulis. Quod hominibus a Deo Patre datur munitio et defensio ad bene operandum et circumspecti sunt quia cinerea caro sunt. De speculativa scientia. Verba Pauli. Verba Salomonis. De operatione duarum causas. Quod rectae institutiones surrexerunt in Abraham et in Moyse. Quod spectativa scientia coepit in Noe apparere regnante tamen iniquitate usque ad Abraham et Moysen sine interruptione. Verba Pauli ad eamdem rem. Quod rectum opus ostensum est in Abraham et in Moyse, perspicua justitia in Incarnatione Filii Dei, ardens opus per baptismum in Ecclesia durans in finem mundi. Verba David ad eamdem rem. Quod membra Christi constant adhuc imperfecta in electis suis et Ecclesia caret adhuc futura perfectione quam habitura est. Quomodo denarius numerus attenuatus per Adam, surrexit in Filii Dei in denarium, et denarius in millinarium. Verba Evangelii de eadem re. Quod in quinque vulneribus Christi peccata hominum delentur. Quod homo quinque sensibus Spiritu sancto sibi inspiratis, discerni bonum et malum. Quod homo anima et corpore laboret devitare malum et facere bonum in prosperis et in adversis. Quod humana mens debet habere sapientiam et discretionem ad cognoscendum Deum. Quod homo ex quatuor elementis constans fidem catholicam aequali devotione colat. Quod fidelis homo ascendat de virtute in virtutem. Quod Filius Dei missus est in mundum secundum tempus praeordinatum a Patre ut proficeret voluntatem Patris in redemptione hominis. Quod superbiam mali vel finem ejus in operante creatura, aut initium aut finem supernae justitiae justamque distributionem voluntatis Dei: nullus homo perscrutari potest.

Para que así como Él mismo venció al diablo en su pasión, así también ellos lo venzan constriñéndose en los deseos, y no sean consintientes a los vicios de aquel. Y según esta similitud, como la gloria de Goliat fue dada a David: así la gloria que fue quitada al primer ángel, la di a Adán y a su género, que me confiesa guardando mis preceptos, muerta la soberbia del diablo. Aquel que tiene las oídos de oír perspicaces del sentido interior, anhele por estas palabras en el ardiente amor de mi espejo, y escríbalas en la conciencia de su alma. SEGUNDA VISIÓN.

SUMARIO. ---Que la fe grande en virtud, surgió públicamente en la circuncisión de Abraham. Que la fe está conjunta al temor del Señor y el temor del Señor a la fe. Que los fieles por las cuatro partes de la tierra edifican buenas obras sobre la fe. De los cuatro cuadrados. Que conviene al hombre caminar humildemente y huir sabiamente de las insidias del diablo. Qué significan las cuatro esquinas del edificio. Item de otro modo sobre las mismas esquinas. Que a los hombres de Dios Padre se les da munición y defensa para obrar bien y son circunspectos porque son carne cenicienta. De la ciencia especulativa. Palabras de Pablo. Palabras de Salomón. De la operación de dos causas. Que las instituciones rectas surgieron en Abraham y en Moisés. Que la ciencia especulativa empezó a aparecer en Noé reinando sin embargo la iniquidad hasta Abraham y Moisés sin interrupción. Palabras de Pablo sobre la misma cosa. Que la obra recta fue mostrada en Abraham y en Moisés, la justicia preclara en la Encarnación del Hijo de Dios, la obra ardiente por el bautismo en la Iglesia durando hasta el fin del mundo. Palabras de David sobre la misma cosa. Que los miembros de Cristo constan aún imperfectos en sus elegidos y la Iglesia carece aún de la futura perfección que ha de tener. Cómo el número denario atenuado por Adán, surgió en el Hijo de Dios en denario, y el denario en milenario. Palabras del Evangelio sobre la misma cosa. Que en las cinco llagas de Cristo se borran los pecados de los hombres. Que el hombre con los cinco sentidos inspirados en él por el Espíritu Santo, discierne lo bueno y lo malo. Que el hombre trabaje con el alma y el cuerpo para evitar el mal y hacer el bien en lo próspero y en lo adverso. Que la mente humana debe tener sabiduría y discreción para conocer a Dios. Que el hombre constando de cuatro elementos cultive la fe católica con igual devoción. Que el hombre fiel ascienda de virtud en virtud. Que el Hijo de Dios fue enviado al mundo según el tiempo preordenado por el Padre para que cumpliera la voluntad del Padre en la redención del hombre. Que la soberbia del malvado o su fin en la criatura operante, o el inicio o el fin de la justicia superna y la justa distribución de la voluntad de Dios: ningún hombre lo puede escudriñar.

Deinde vidi inter ambitum circuli qui protendebatur de sedente in throno quasi montem magnum conjunctum radici illius immensi lapidis super quem nubes cum throno et sedente in eo posita erant: ita quod lapis in altitudinem erectus et mons in latitudinem extensus videbatur. Et super ipsum montem stabat velut quoddam aedificium quadrangulum ad similitudinem urbis quadratae formatum, aliquantulum obliquum habens situm, cujus angulus unus respiciebat ad orientem, et alius ad occidentem et unus ad septentrionem et alius ad meridiem; aedificium autem circuitu suo murum unum biformem gerebat, cujus forma una erat quasi splendor lucidus ut lux diei, et altera quasi compaginatio lapidum adinvicem conjuncta in angulo orientali et in angulo septentrionali, ita ut pars illa lucida muri protenderetur ab angulo orientali et finiretur in angulo septentrionali, tota integra et non habens ullum locum interruptum, et pars alia scilicet lapidea extenderetur ab angulo septentrionali ad angulum occidentalem et ad angulum meridianum et finiretur in angulo orientali, habens duo loca interrupta inter angulum videlicet occidentalem et angulum meridianum.

Longitudo autem aedificii erat centum cubitorum, et latitudo ejus quinquaginta cubitorum, et altitudo ipsius quinque cubitorum: ita ut ejus duo parietes in utroque latere ipsius essent unius longitudinis, et alii ipsius duo parietes in fronte et in fine ejus, unius latitudinis. Sed et idem quatuor parietes ubique in circuitu ipsius aedificii aequalis erat altitudinis, exceptis propugnaculis ejus quae aliquantulum eminebant altitudinem ipsius. Latitudo autem inter ipsum aedificium et splendorem ex praedicto circulo se in profundum abyssi extendentem erat in vertice orientalis anguli unius palmi, alibi autem, id est in septentrionali et in occidentali atque in meridiana parte tanta undique erat latitudo inter idem aedificium et splendorem, ut ejus amplitudinem nullo modo comprehendere possem.

Et haec, me admirante, qui sedebat in throno iterum dixit ad me: Fides quae in antiquis sanctis cum opere justitiae per bonitatem Patris desuper aedificato, velut in pallore apparuit, incarnato Dei Filio, aperta manifestatione, cum ardentibus operibus ardenter in lucem processit, quando Filius Dei caduca non concupiscens, ea exemplo suo conculcari et coelestia amari perdocuit; cum priores Patres mundum non fugientes, nec se ab eo separantes Deum simplici tantum credulitate et humili devotione colebant; quia nondum ut omnia desererent eis ostensum fuerat.

Después vi entre el ámbito del círculo que se extendía del que sienta en el trono como un monte grande conjunto a la raíz de aquella inmensa piedra sobre la cual la nube con el trono y el que sienta en él habían sido puestos: de modo que la piedra se veía erecta en altura y el monte extendido en latitud. Y sobre el mismo monte estaba como un cierto edificio cuadrangular formado a semejanza de una ciudad cuadrada, teniendo un sitio un poco oblicuo, de la cual una esquina miraba al oriente, y otra al occidente y una al septentrión y otra al mediodía; el edificio en cambio en su circuito llevaba un muro biforme, de la cual una forma era como un esplendor lúcido como la luz del día, y la otra como una trabazón de piedras conjuntadas entre sí en el ángulo oriental y en el ángulo septentrional, de modo que aquella parte lúcida del muro se extendía desde el ángulo oriental y terminaba en el ángulo septentrional, toda íntegra y no teniendo ningún lugar interrumpido, y la otra parte a saber la lapídea se extendía desde el ángulo septentrional al ángulo occidental y al ángulo meridiano y terminaba en el ángulo oriental, teniendo dos lugares interrumpidos entre el ángulo a saber occidental y el ángulo meridiano.

La longitud en cambio del edificio era de cien codos, y su latitud de cincuenta codos, y su altura de cinco codos: de modo que sus dos paredes en cada lado de él eran de una misma longitud, y sus otras dos paredes en el frente y en el fin de él, de una misma latitud. Pero también las mismas cuatro paredes en todas partes en el circuito del edificio mismo eran de igual altura, exceptuados sus baluartes que sobresalían un poco de su altura. La latitud en cambio entre el mismo edificio y el esplendor que del predicho círculo se extendía a lo profundo del abismo era en el vértice del ángulo oriental de un palmo, en otra parte en cambio, esto es en la parte septentrional y en la occidental y en la meridiana tanta en todas partes era la latitud entre el mismo edificio y el esplendor, que de ningún modo podía comprender su amplitud.

Y estas cosas, maravillándome yo, el que sentaba en el trono de nuevo me dijo: La fe que en los antiguos santos con la obra de la justicia edificada desde arriba por la bondad del Padre, apareció como en palidez, encarnado el Hijo de Dios, por abierta manifestación, con ardientes obras ardientemente procedió a la luz, cuando el Hijo de Dios no codiciando las cosas caducas, enseñó con su ejemplo que aquellas fueran conculcadas y las celestiales amadas; siendo que los anteriores Padres no huyendo del mundo, ni separándose de él, cultivaban a Dios solo con simple credulidad y humilde devoción; porque aún no les había sido mostrado que desertaran de todas las cosas.

Unde etiam quod vides intra ambitum circuli qui protenditur de sedente in throno, montem magnum conjunctum radici illius immensi lapidis super quem nubes cum throno et descendente in eo posita sunt, ita quod lapis in altitudinem erectus et mons in latitudinem extensus videtur: hoc est quod in potente ac forti opere potestatis superni Patris qui potenter operatur, stat mons significans fidem, quae magna est in virtute, palamque surgens in circumcisione Abrahae, et ita proficiens usque in Filium superni Dei post ruinam serpentis antiqui per Spiritum sanctum inspirata hominibus, ut in bonitate Patris fideliter operantes illum credant omnipotentem esse Deum, qui tam magnum hostem superare potuit, ita quod per eamdem credulitatem sublevati ad gloriam illam pertingant, de qua diabolus per superbiam suam dejectus periit.

Atque idem mons positus est ad radicem praedicti lapidis mysterium timoris Domini habentis, quia fides conjuncta est stabilitati timoris Domini, et timor Domini etiam fortitudini fidei, scilicet cum de Patre missus est Filius nasci ex Virgine, et cum de Filio pullulabat vera fides primum in fundamentum boni operis, quam timor Domini profert cum omnibus virtutibus tangens Deum in altitudine sua: ita ut in sapientia fidelium mentium Deus super omnia regnans fideliter colatur: Quomodo? Quoniam timor Domini secreta coeli visu circumspectionis acute penetrat: quia ipse initium justae intentionis est, cum qua etiam beata fides apud Deum in latitudinem perfectionis extenditur cum in bonis operibus ad sanctitatem dilatatur.

Sed quod super ipsum montem stat aedificium quadrangulum ad similitudinem urbis quadratae formatum, hoc est quod super fidem bonitas Patris bona opera aedificans, multos fidelium per quatuor angulos terrae colligens trahit ad coelestia, sic monitos in stabilitate virtutum ut coelestis Pater in sinu suo, hoc est in interiori potestate et in mystico consilio suo eos benigne componat cum quatuor quadris in fide.

Quomodo? Ego, qui sum Altissimus, ordinavi in opere meo primum quadrum hominum, videlicet Adam, cujus genus ipso dormiente per magnum schisma se debilitans, processit usque ad secundum quadrum, id est ad Noe sub quo diluvium factum est, ubi et mysteria Filii mei in arca praemonstravi. Sed in eo quadro quae est Noe, per admonitionem meam manifestavi illam lucidam partem muri praedicti aedificii; quia ibi in diluvio suffocans peccatores, innui hominibus ut mortem fugerent et vitam appeterent, sic eis palam aperiens speculativam scientiam cognitionis duarum viarum. Quid hoc?

De donde también el que veas dentro del ámbito del círculo que se extiende del que sienta en el trono, un monte grande conjunto a la raíz de aquella inmensa piedra sobre la cual las nubes con el trono y el que desciende en él han sido puestas, de modo que la piedra se vea erecta en altura y el monte extendido en latitud: esto es que en la potente y fuerte obra de la potestad del Padre superno que potentemente obra, está el monte que significa la fe, la cual es grande en virtud, y surgiendo públicamente en la circuncisión de Abraham, y así progresando hasta el Hijo del Dios superno después de la ruina de la serpiente antigua inspirada a los hombres por el Espíritu Santo, para que obrando fielmente en la bondad del Padre crean que Él es Dios omnipotente, que pudo superar a tan gran enemigo, de modo que elevados por la misma credulidad lleguen a aquella gloria, de la cual el diablo por su soberbia derribado pereció.

Y el mismo monte está puesto a la raíz de la predicha piedra que tiene el misterio del temor del Señor, porque la fe está conjunta a la estabilidad del temor del Señor, y el temor del Señor también a la fortaleza de fe, a saber cuando del Padre fue enviado el Hijo a nacer de la Virgen, y cuando del Hijo brotaba la verdadera fe primero en el fundamento de la buena obra, la cual el temor del Señor profiere con todas las virtudes tocando a Dios en su altura: de modo que en la sabiduría de las mentes fieles Dios que reina sobre todas las cosas sea fielmente cultivado: ¿De qué modo? Puesto que el temor del Señor penetra los secretos del cielo con la vista de la aguda circunspección: porque él es el inicio de la justa intención, con la cual también la bienaventurada fe ante Dios se extiende en la latitud de la perfección cuando en las buenas obras se dilata hacia la santidad.

Pero el que sobre el mismo monte esté el edificio cuadrangular formado a semejanza de una ciudad cuadrada, esto es que sobre la fe la bondad del Padre edificando buenas obras, reuniendo a muchos de los fieles por los cuatro ángulos de la tierra los atrae a lo celestial, así amonestados en la estabilidad de las virtudes para que el Padre celestial en su seno, esto es en la potestad interior y en su consejo místico los componga benignamente con cuatro cuadrados en la fe.

¿De qué modo? Yo, que soy el Altísimo, ordené en mi obra el primer cuadrado de los hombres, a saber Adán, cuyo género durmiendo él mismo debilitándose por un gran cisma, procedió hasta el segundo cuadrado, esto es hasta Noé bajo el cual se hizo el diluvio, donde también los misterios de mi Hijo en el arca premostré. Pero en aquel cuadrado que es Noé, por mi amonestación manifesté aquella lúcida parte del muro del predicho edificio; porque allí en el diluvio sofocando a los pecadores, insinué a los hombres que huyeran de la muerte y apetecieran la vida, abriéndoles así públicamente la ciencia especulativa del conocimiento de los dos caminos. ¿Qué es esto?

Homo viret et viget in vivente vita quae anima est, per quam speculatur et cognoscit duas semitas videlicet bonum et malum, quoniam homo tangitur alterutra parte harum: ita quod manens in corpore sive bonum sive malum cum anima et corpore operatur, quod quidem ipse incipit per operationem animi sui, voluntatem suam ita in opere complens. Et sic in Noe ostensa est per admonitionem meam speculativa scientia duarum viarum, scilicet acutissima consideratione malum spernere et bonum diligere, quae ita cum emissione circumcisionis tendit in praecursu voluntatis Dei, usque ad tertium quadrum, in quo Abraham et Moses conjuncti sunt in circumcisione et lege; quae circumcisio et lex ita procedebat usque ad quartum quadrum sanctae Trinitatis: in quo Vetus Testamentum in Filio Dei finitum est cum exteriori significatione. Unde etiam surrexit interius germen per Filium Dei in Ecclesia: qui natus et passus pro salute hominum resurgens etiam et rediens ad Patrem, angulum illum qui in casu Adae absconsus et attenuatus erat restauravit in salvationem, per animas hominum.

Quod autem aedificium aliquantulum est in obliquum situm, hoc est quod homo qui opus Dei est, non potest prae fragilitate sua incedere firmiter sine peccato, et audacter sine timore fragilis carnis diabolum superando, sed eum oportet illum humilitate devitare, et insidias ejus sapienter fugere ne peccet, atque fideliter se conjungere bonis operibus, et sic constare in Filio Dei, qui quasi in angulo sedens lapis angularis est, hoc pacto opus electum in homine conjungens. Sed quod angulus unus respicit ad orientem et alius ad occidentem et unus ad septentrionem et alius ad meridiem, hoc est quod Filius Dei natus est ex Virgine et passus in carne, ut in ortu justitiae homo restauraretur ad vitam cui omnis justitia apposita est, quod est angulus orientalis inde surgente salvatione animarum, ut Deus complevit in Filio suo omnem justitiam quae ab Abel usque ad ipsum praefigurata est; in quo finita est constitutio carnalis observationis Veteris Testamenti, jam veniente salute fidelium hominum per fidem, quam Filius Dei attulit missus a Patre in mundum in fine temporum, quod est angulus occidentalis. Contra diabolum quoque in Abraham et in Mose elevavit se justitia qui praemonstrabant promissam gratiam per quam homo salvatus est quem diabolus deceperat, occidendo eum ut latro in lapsu Adae, quod est angulus septentrionalis; unde et miserabilis ac mortalis casus qui factus est in humano genere, postea per supernam gratiam nobiliter et magnifice restauratus est pleno fructu, in ardente opere Dei et hominis, quod est angulus meridianus.

El hombre verdea y vigora en la vida viviente que es el alma, por la cual especula y conoce las dos sendas a saber el bien y el mal, puesto que el hombre es tocado por una u otra parte de estas: de modo que permaneciendo en el cuerpo sea el bien o sea el mal con el alma y el cuerpo lo opera, lo cual ciertamente él mismo empieza por la operación de su mente, cumpliendo así su voluntad en la obra. Y así en Noé fue mostrada por mi amonestación la ciencia especulativa de los dos caminos, a saber por la acutísima consideración despreciar el mal y amar el bien, la cual así con la emisión de la circuncisión tiende en el precursor de la voluntad de Dios, hasta el tercer cuadrado, en el cual Abraham y Moisés fueron conjuntos en la circuncisión y la ley; la cual circuncisión y ley así procedía hasta el cuarto cuadrado de la santa Trinidad: en el cual el Antiguo Testamento fue terminado en el Hijo de Dios con la significación exterior. De donde también surgió el germen interior por el Hijo de Dios en la Iglesia: el cual nacido y padecido por la salvación de los hombres resurgiendo también y volviendo al Padre, restauró para la salvación, por las almas de los hombres, aquel ángulo que en la caída de Adán había sido escondido y atenuado.

Pero el que el edificio esté situado un poco en oblicuo, esto es que el hombre que es obra de Dios, no puede por su fragilidad caminar firmemente sin pecado, y audazmente sin temor de la frágil carne superando al diablo, sino que le conviene evitarlo con humildad, y huir sabiamente de sus insidias para que no peque, y conjuntarse fielmente a las buenas obras, y así consistir en el Hijo de Dios, el cual sentado como en un ángulo es la piedra angular, por este pacto conjuntando la obra elegida en el hombre. Pero el que una esquina mire al oriente y otra al occidente y una al septentrión y otra al mediodía, esto es que el Hijo de Dios nació de la Virgen y padeció en la carne, para que en el orto de la justicia el hombre fuera restaurado a la vida a quien toda justicia es aplicada, lo cual es la esquina oriental de donde surge la salvación de las almas, como Dios completó en su Hijo toda la justicia que desde Abel hasta Él mismo fue prefigurada; en el cual fue terminada la constitución de la observación carnal del Antiguo Testamento, viniendo ya la salud de los hombres fieles por la fe, la cual el Hijo de Dios trajo enviado por el Padre al mundo en el fin de los tiempos, lo cual es la esquina occidental. Contra el diablo también en Abraham y en Moisés se elevó la justicia, los cuales premostraban la gracia prometida por la cual el hombre fue salvado a quien el diablo había engañado, matándolo como un ladrón en la caída de Adán, lo cual es la esquina septentrional; de donde también la miserable y mortal caída que se hizo en el género humano, después por la gracia superna fue noble y magníficamente restaurada con pleno fruto, en la ardiente obra de Dios y del hombre, lo cual es la esquina meridional.

Angulus etiam meridianus est; quia primus homo Adam a Deo creatus est. Sed quod ab hoc angulo speculativa scientia cognitionis duarum viarum non incipit fulgere, id est ab ipso Adam; hoc ideo est, quia genus suum incompositum erat, non colens Deum in scientia sua officiosum servitute legis, sed tantum propriam voluntatem suam adimplens cum summo malo, ita ut nec in recta scientia Dei nec in vera beatitudine esset fulgens: imo in morte jacens, sed absconsum erat tantum in corde Patris, quid cum homine facere decrevisset. Angulus etiam in oriente designat Noe, ubi se justitia ostendere incoepit, et ubi etiam aperte manifestata est praemonstrata speculativa scientia, ostendens omnem sanctitatem quae postea in Filio Dei perficienda erat. Et quia unaquaeque justitia in Filio Dei qui est verus Oriens erat incipiens, ideo est hoc aedificium primum appellandum ad orientem in honore sanctitatis, quae primum etiam in Noe veraciter declarata est. Angulus quoque in septentrione est Abraham et Moses: qui adversus Satanam cum operis exsecutione praedictam speculativam scientiam circumtegebant quasi eam circumaedificarent cum pretiosis lapidibus, et cum desuper aurato opere perspicuae justitiae Dei quod erat circumcisio et lex; quia justitia ante circumcisionem et legem, quasi nuda erat absque opere. Et quartus angulus occidentalis praefigurat etiam veram Trinitatem; quae palam manifestata est in baptismo Salvatoris, qui erexit plenam et sanctam civitatem Jerusalem cum omni opere suo, recurrens ad coelum in salvatione animarum. Sed quod ipsum aedificium in circuitu suo murum unum binae formae habet, cujus una est quasi splendor lucidus ut lux diei et altera quasi compaginatio lapidum adinvicem conjuncta in angulo orientali et in angulo septentrionali, hoc est quod per bonitatem Patris hominibus ex omni parte data est quasi securitas una, id est munitio et defensio in bonis operibus ut ipsis circumdati et confortati carnales concupiscentias deserant, et ad unum Deum qui munimentum eorum est confugiant. Qui murus in duabus est formis quia una forma muri est veluti speculativa scientia duarum viarum, quoniam illam scientiam in acutissima et certissima exquisitione speculationis animi sui habet homo, ut sit circumspectus in omnibus viis suis et etiam alia forma muri est veluti cinerea caro hominis, quia a Deo creatus est homo operans, factum opus in operatione.

La esquina meridional también es; porque el primer hombre Adán fue creado por Dios. Pero el que desde esta esquina la ciencia especulativa del conocimiento de los dos caminos no empiece a brillar, esto es desde el mismo Adán; esto es por tanto, porque su género estaba descompuesto, no cultivando a Dios en su ciencia oficioso por la servidumbre de la ley, sino solo cumpliendo su propia voluntad con sumo mal, de modo que no estuviera brillando ni en la recta ciencia de Dios ni en la verdadera bienaventuranza: sino yaciendo en la muerte, pero estaba escondido solo en el corazón del Padre, qué había decretado hacer con el hombre. La esquina también en el oriente designa a Noé, donde la justicia empezó a mostrarse, y donde también abiertamente fue manifestada la premostrada ciencia especulativa, mostrando toda la santidad que después en el Hijo de Dios había de ser perfeccionada. Y porque cada justicia en el Hijo de Dios que es el verdadero Oriente (Oriens) estaba empezando, por eso este edificio ha de ser llamado primero al oriente en el honor de la santidad, la cual primero también en Noé fue verazmente declarada. La esquina también en el septentrión es Abraham y Moisés: los cuales contra Satanás con la ejecución de la obra circunvelaban la predicha ciencia especulativa como si la edificaran alrededor con piedras preciosas, y con la obra dorada por encima de la preclara justicia de Dios que era la circuncisión y la ley; porque la justicia antes de la circuncisión y de la ley, estaba como desnuda sin obra. Y la cuarta esquina occidental prefigura también la verdadera Trinidad; la cual fue públicamente manifestada en el baptismo del Salvador, el cual erigió la plena y santa ciudad de Jerusalén con toda su obra, volviendo al cielo en la salvación de las almas. Pero el que el edificio mismo en su circuito tenga un muro de doble forma, de la cual una es como un esplendor lúcido como la luz del día y la otra como una trabazón de piedras conjuntadas entre sí en el ángulo oriental y en el ángulo septentrional, esto es que por la bondad del Padre a los hombres de todas partes les ha sido dada como una seguridad, esto es una munición y defensa en las buenas obras para que rodeados y confortados por ellas deserten de las concupiscencias carnales, y huyan al único Dios que es su fortificación. El cual muro está en dos formas porque una forma del muro es como la ciencia especulativa de los dos caminos, puesto que aquella ciencia en la acutísima y certísima búsqueda de la especulación de su mente la tiene el hombre, para que sea circunspecto en todos sus caminos, y también la otra forma del muro es como la carne cenicienta (cinerea caro) del hombre, porque por Dios fue creado el hombre operante, hecha la obra en la operación.

nec finitum ejus in operante creatura in occasu cadentis hominis, nec initium aut finem ardentis meridiei quod est supernae justitiae, nec considerare quomodo haec dilatata et discreta sint inter opus et potestatem scientiae meae in omnibus populis, scilicet aut in electis aut in reprobis, qui omnes positi sunt in aequissima perscrutatione, ita quod acutissima et diligentissima districtione examinabuntur in praeceptis meis, cum tamen ipsi omnes accurate debent confidere, quod eos pasco in omnibus necessitatibus suis, quia haec omnia in secretis meis ita occultata sunt, quod amplitudinem profunditatis eorum, nec sensus aut intellectus hominis ullo modo comprehendere vel intelligere valeat, nisi quantum permissione mea conceditur. Qui autem acutas aures interioris intellectus habet hic in ardente amore speculi mei, ad verba haec anhelet, et ea in conscientia animi sui conscribat.

VISIO TERTIA.

SUMMARIUM.---Quod divinae virtutes sub lege pullulantes in nova lege plurimum fructum afferunt. Quod voluntate Dei virtutes operantur in hominibus. De statu amoris coelestis, disciplinae, misericordiae, victoriae. De habitu earumdem et quid significet. Specialiter de amore coelesti et habitu ejus et quid significet. Specialiter de verecundia et habitu ejus quid significet. De misericordia. Specialiter de victoria et habitu et quid significet. De statu patientiae et gemitus et quid significet. De habitu eorumdem et quid significet. Specialiter de patientia et habitu ejus et quid significet. Specialiter de gemitu et habitu ejus et quid significet.

Post haec vidi et ecce quasi in medio longitudinis praedictae lucidae partis muri designati aedificii stabat velut turris ferrei coloris ipsi muro exterius imposita, latitudinis quatuor cubitorum et altitudinis septem cubitorum, in qua conspexi quinque imagines singulariter stantes in singulo quoque arcu desuper quasi turritum conum habentes, quarum prima respiciebat ad orientem, secunda autem ad aquilonem, tertia vero ad septentrionem, et quarta ad columnam verbi Dei; in cujus radice Abraham patriarcha residebat, ac quinta ad turrim Ecclesiae et ad illos homines qui in ipso aedificio huc et illuc discurrebant. Similitudo autem una erat eis in hoc: singulae earum vestitae erant solummodo quasi singulis vestibus sericinis et calceatae calceamentis candidis, excepta quinta, quae omni ex parte armata videbatur. Secunda vero et tertia nudo erant capite, dissoluta coma et candida carentes amictu palliorum; prima autem et tertia ac quarta indutae erant tunicis candidis.

ni su fin en la criatura operante en el ocaso del hombre que cae, ni el principio o el fin del ardiente mediodía que es de la justicia superna, ni considerar cómo estas cosas están dilatadas y discretas entre la obra y la potestad de mi ciencia en todos los pueblos, a saber o en los elegidos o en los réprobos, los cuales todos están puestos en la equitativa perscrutación, de modo que con acutísima y diligentísima severidad serán examinados en mis preceptos, cuando sin embargo todos ellos deben confiar precisamente, que yo los alimento en todas sus necesidades, porque todas estas cosas en mis secretos están tan ocultas, que la amplitud de su profundidad, ni el sentido ni el intelecto del hombre de ningún modo valga comprender o entender, excepto cuanto por mi permiso es concedido. Quien por tanto tenga oídos agudos del intelecto interior, anhele aquí en el ardiente amor de mi espejo estas palabras, y las escriba en la conciencia de su alma.

VISIÓN TERCERA.

SUMARIO.—Que las virtudes divinas que brotan bajo la ley dan muchísimo fruto en la nueva ley. Que por voluntad de Dios las virtudes operan en los hombres. Del estado del amor celestial, de la disciplina, de la misericordia, de la victoria. Del hábito de las mismas y qué signifique. Especialmente del amor celestial y su hábito y qué signifique. Especialmente de la vergüenza y su hábito qué signifique. De la misericordia. Especialmente de la victoria y hábito y qué signifique. Del estado de la paciencia y del gemido y qué signifique. Del hábito de los mismos y qué signifique. Especialmente de la paciencia y su hábito y qué signifique. Especialmente del gemido y su hábito y qué signifique.

Después de estas cosas vi y he aquí que como en medio de la longitud de la predicha parte lúcida del muro del edificio designado estaba como una torre de color de hierro impuesta al muro por el exterior, de cuatro codos de anchura y de siete codos de altura, en la cual contemplé cinco imágenes que estaban singularmente en cada uno de los arcos teniendo por encima como un cono torreado, de las cuales la primera miraba al oriente, la segunda al aquilón, la tercera al septentrión, y la cuarta a la columna de la palabra de Dios; en cuya raíz residía el patriarca Abraham, y la quinta a la torre de la Iglesia y a aquellos hombres que en el edificio mismo discurrían de aquí para allá. Pero una misma similitud había en ellas en esto: cada una de ellas estaba vestida solamente como con sendas vestiduras de seda y calzada con calzado blanco, excepto la quinta, que por todas partes parecía armada. Pero la segunda y la tercera estaban con la cabeza desnuda, con la cabellera suelta y blanca careciendo del amictu de los palios; pero la primera y la tercera y la cuarta estaban vestidas con túnicas blancas.

Sed dissimilitudo ex hoc erat eis: Prima imago gestabat in capite suo pontificalem infulam, sparsis capillis et albis, induta quasi pallio albo, inferius in duabus oris ejus purpura contexto; in dextera vero gerebat lilia et alios flores; in sinistra autem palmam. Et dixit: O dulcis vita, et o dulcis amplexio aeternae vitae, et o beata felicitas in qua sunt aeterna praemia, quae semper es in veris deliciis, ita tamen quod nunquam possum impleri, nunquam satiari interiori laetitia quae est in Deo meo.

Secunda autem induta erat purpurea tunica, stans ut adolescens qui nondum est ad plenum virilis aetatis: sed tamen magnae gravitatis; et dicebat: Me non terrebit horribilis inimicus qui est diabolus, nec inimicus homo, nec hoc saeculum in disciplina Dei, cujus conspectui semper assisto.

Tertia vero tegebat faciem suam alba manica dexterae manus suae, et aiebat: O spurcitia et o immunditia hujus saeculi; abscondite vos et fugite ab oculis meis, quia dilectus meus natus est de pura virgine Maria.

Quarta autem erat velata capite albo velamine more muliebri, et circumamicta pallio crocei coloris; in pectore vero suo gerebat imaginem Jesu Christi; circa quam in pectore suo scriptum erat: Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos Oriens ex alto (Luc. I). Et dicebat: Porrigo manus semper ad peregrinos et egenos ac ad pauperes et debiles, atque ad gementes.

Quinta porro armata erat galea superposita capiti suo, induta quoque lorica et ocreis, atque ferreis chirothecis ferens etiam in sinistra sua clypeum ab humeris pendentem, accincta quoque gladio et hastam manu dextera tenens. Sub pedibus autem ejus jacebat quasi leo hians ore, lingua extensa ex ore ejus, et etiam velut quidam homines, quorum alii tubis resonabant, alii quibusdam instrumentis ludicris joculariter concrepabant, et alii diversis ludis ludebant: quos imago illa simul et ipsum leonem pedibus suis conculcans, hasta quam dextera tenebat acriter transfodiebat, et dixit: Vinco fortem diabolum et te odium et invidiam, atque te, o spurcitia, cum ludentibus fallaci deceptione.

Sed intra illud aedificium vidi duas alias imagines versus hanc eamdem turrim stantes: quarum prior apparebat stans supra pavimentum ipsius aedificii, quasi in arcu ignei splendoris diversis imaginibus malignorum spirituum interius depicto, et contra praedictam turrim posito, altera vero ipsi arcui exterius tantum collateralis in nullo arcu consistens, ambae videlicet interdum ad praedictam turrim aspicientes, et interdum ad homines aedificium intrantes et exeuntes.

Pero la disimilitud por esto había en ellas: La primera imagen llevaba en su cabeza una ínfula pontifical, con los cabellos esparcidos y blancos, vestida como con un palio blanco, tejido inferiormente en sus dos orillas con púrpura; pero en la derecha llevaba lirios y otras flores; mas en la izquierda una palma. Y dijo: Oh dulce vida, y oh dulce abrazo de la vida eterna, y oh bienaventurada felicidad en la que están los premios eternos, que siempre estás en las verdaderas delicias, de tal modo sin embargo que nunca pueda ser saciada, nunca ser satisfecha con la alegría interior que está en mi Dios.

Pero la segunda estaba vestida con una túnica de púrpura, estando como un adolescente que aún no es de plena edad varonil: pero sin embargo de gran gravedad; y decía: No me aterrará el horrible enemigo que es el diablo, ni el hombre enemigo, ni este siglo en la disciplina de Dios, a cuyo conspecto siempre asisto.

Pero la tercera cubría su faz con la manga blanca de su mano derecha, y decía: Oh suciedad y oh inmundicia de este siglo; escondeos y huid de mis ojos, porque mi amado nació de la pura virgen María.

Pero la cuarta estaba velada en la cabeza con un velo blanco al modo mujeril, y envuelta en un palio de color croceo; mas en su pecho llevaba una imagen de Jesucristo; alrededor de la cual en su pecho estaba escrito: "Por las entrañas de misericordia de nuestro Dios, en las que nos visitó el Oriente desde lo alto" (Luc. 1). Y decía: Alargo mis manos siempre a los peregrinos y necesitados y a los pobres y débiles, y a los que gimen.

La quinta además estaba armada con una celada superpuesta a su cabeza, vestida también con loriga y grebas, y con guanteletes de hierro llevando también en su izquierda un escudo pendiente de los hombros, ceñida también con espada y sosteniendo una lanza con la mano derecha. Pero bajo sus pies yacía como un león bostezando con la boca, con la lengua extendida fuera de su boca, y también como ciertos hombres, de los cuales unos resonaban con trompetas, otros con ciertos instrumentos lúdicos chocaban jocosamente, y otros jugaban diversos juegos: a los cuales aquella imagen a la vez y al mismo león conculcando con sus pies, con la lanza que sostenía en la derecha acritamente traspasaba, y dijo: Venzo al fuerte diablo y a ti odio y envidia, y a ti, oh suciedad, con los que juegan con falaz decepción.

Pero dentro de aquel edificio vi otras dos imágenes que estaban hacia esta misma torre: de las cuales la anterior aparecía estando sobre el pavimento del edificio mismo, como en un arco de ígneo esplendor pintado interiormente con diversas imágenes de espíritus malignos, y puesto contra la predicha torre, mas la otra solamente colateral al mismo arco por el exterior no consistiendo en ningún arco, ambas a saber mirando a veces a la predicha torre, y a veces a los hombres que entraban y salían del edificio.

Vestitae autem erant etiam ipsae sericinis vestibus et velatae in ligatura capitis albo velamine more femineo, non circumamictae palliis, indutae vero calceamentis albis. Sed prior earum habebat in capite suo quasi triangularem coronam rubentem, ut rubeus hyacinthus rubet in colore suo, induta quoque tunica nivea, cujus implicamenta erant viridi colore ubique distincta, et ait: Vinco in oriente cum fortissimo Filio Dei: qui exivit a Patre veniens in mundum pro redemptione hominum, et qui iterum rediit ad Patrem; cum in maxima aerumna moriens in cruce resurgensque a mortuis ascendit in coelum, ideoque nolo confundi; fugiendo miserias et dolores hujus saeculi. Altera vero induta erat tunica alba sed aliquantulum pallidi coloris. Et in dextero brachio suo portabat crucem cum imagine Salvatoris Jesu Christi caput suum inclinans super illam, et dicebat: Hic infans pertulit multas miserias in hoc saeculo; et idcirco volo semper plorare et habere moerorem propter gaudium aeternae vitae, in quam bonae oves adducendae sunt per nobilem Filium Dei. Et vidi quod omnes praedictae imagines singula verba sua per mysterium Dei dicebant ad admonitionem hominum.

Tunc iterum sedens in throno qui mihi haec omnia ostendebat, dixit mihi: Per fortitudinem et constantiam voluntatis Dei, divinae virtutes in Veteri Testamento celeriter pullulabant, sed ibi se velut in ignorantia colentibus nondum plene suavem et dulcem gustum praebebant, quia tunc tantum austeritas legis delinquentes acriter corripiebat; postmodum autem per gratiam Dei in nova lege plurimum fructum proferentes, fortem et perfectum cibum et in amore coelestium esurientibus cum summa dulcedine exhibebant, cum prius, ut dictum est, quaedam occulta ostensio et signum futurorum essent, secundum quod etiam spectaculum hoc cum appositionibus suis demonstrat. Nam haec turris quam vides quasi in medio longitudinis praedictae lucidae partis muri designati aedificii stantem, habet typum praecursus voluntatis Dei, quae in circumcisione multis modis et diversis significationibus manifestata est: ita quod Deus in signum ejusdem circumcisionis demonstravit legem, et per legem gratiam Evangelii; quoniam fide propalata in fideli Abraham: surrexit in ipso etiam circumcisio in mysterio verae praefigurationis; quia per divinam potentiam instruxerunt se fortes virtutes incipientes in Abraham quasi in medio longitudinis speculativae scientiae duarum humanae optionis viarum sub munitione firmissimae bonitatis superni Patris, cum postmodum apertae futurae erant per voluntatem Dei, illud in figura praesignantes quod Deus facere voluit priusquam hoc manifeste ostenderet in opere.

Estaban vestidas también ellas con vestiduras de seda y veladas en la ligadura de la cabeza con un velo blanco al modo femenino, no envueltas en palios, sino vestidas con calzado blanco. Pero la anterior de ellas tenía en su cabeza como una corona triangular roja, como el jacinto rojo es rojo en su color, vestida también con una túnica nivéa, cuyos pliegues estaban por todas partes distinguidos con color verde, y dijo: Venzo en el oriente con el fortísimo Hijo de Dios: el cual salió del Padre viniendo al mundo por la redención de los hombres, y el cual de nuevo volvió al Padre; cuando muriendo en la máxima congoja en la carne y resurgiendo de los muertos ascendió al cielo, y por eso no quiero ser confundida; huyendo de las miserias y dolores de este siglo. Pero la otra estaba vestida con una túnica blanca pero de color un poco pálido. Y en su brazo derecho llevaba una cruz con la imagen del Salvador Jesucristo inclinando su cabeza sobre ella, y decía: Este infante soportó muchas miserias en este siglo; y por eso quiero siempre llorar y tener pesadumbre por el gozo de la vida eterna, a la cual las buenas ovejas han de ser conducidas por el noble Hijo de Dios. Y vi que todas las predichas imágenes decían sus sendas palabras por el misterio de Dios para amonestación de los hombres.

Entonces de nuevo el que estaba sentado en el trono que me mostraba todas estas cosas, me dijo: Por la fortaleza y constancia de la voluntad de Dios, las virtudes divinas en el Antiguo Testamento brotaban velozmente, pero allí todavía no daban plenamente un sabor suave y dulce a los que las cultivaban como en la ignorancia, porque entonces solo la austeridad de la ley corregía acritamente a los delincuentes; pero después por la gracia de Dios en la nueva ley produciendo muchísimo fruto, exhibían alimento fuerte y perfecto y con suma dulzura a los que tenían hambre en el amor de las cosas celestiales, cuando antes, como se ha dicho, eran una cierta manifestación oculta y signo de las cosas futuras, según lo cual también este espectáculo con sus aposiciones lo demuestra. Pues esta torre que ves estar como en medio de la longitud de la predicha parte lúcida del muro del edificio designado, tiene el tipo del precursor de la voluntad de Dios, la cual en la circuncisión de muchos modos y diversas significaciones fue manifestada: de modo que Dios en signo de la misma circuncisión demostró la ley, y por la ley la gracia del Evangelio; puesto que propagada la fe en el fiel Abraham: surgió en él también la circuncisión en el misterio de la verdadera prefiguración; porque por la divina potencia se instruyeron las fuertes virtudes comenzando en Abraham como en medio de la longitud de la ciencia especulativa de los dos caminos de la opción humana bajo la munición de la firmísima bondad del Padre superno, cuando después habrían de ser abiertas por la voluntad de Dios, presignificando aquello en figura que Dios quiso hacer antes de que esto manifiestamente lo mostrara en la obra.

Quae ferrei coloris est, ipsique muro exterius imposita, quae est justitia Dei fortis et invincibilis, se in ipsa speculativa scientia quasi exterius ostendens per circumcisionem quae se foris carnaliter formavit posita cum beatis virtutibus in spiritualibus spiritualis muri, quem constituit Deus in hominibus. Et eadem turris est latitudinis quatuor cubitorum, quia per voluntatem Dei ipsae virtutes operantur in homine, posito sub extensione quatuor elementorum, cum quibus vegetatur corporaliter in corpore, et altitudinis septem cubitorum; quia in altitudine septem donorum Spiritus sancti tanta firmitas est, ut se ipsa turris ita erigeret, quod ex ea prodiret Ecclesia in incarnatione Filii mei, praefigurata in circumcisione Veteris Testamenti.

Quod autem conspicis in ea quinque imagines singulariter stantes, in singulo quoque arcu desuper quasi turritum conum habentes, hoc est quod in turri hac, id est in fortitudine circumcisionis pendebant quinque fortes virtutes, non quod ulla virtus sit vivens forma in seipsa, sed solummodo praelucida sphaera a Deo fulgens in opem hominis; quia homo perficitur cum virtutibus, quoniam ipsae sunt opus operantis hominis in Deo. Unde ipsae quinque virtutes ad similitudinem quinque sensuum hominis in hac turri positae sunt; quia multo zelo tangebant circumcisionem, abscindentes ab ea iniquitatem, ut quinque sensus hominis, in Ecclesia circumciduntur per sacratissimum baptisma, sed tamen in hominibus non operantes per seipsas; quia homo cum illis operatur, et ipse cum homine, sicut etiam quinque sensus hominis non operantur per se, sed homo cum illis et ipsi cum homine, ita invicem fructum facientes. Et sunt singulariter; maximo studio desudantes in singulari scilicet statura magisterii turritum apicem habente, id est praecellentem et bene compositam dignitatem validissimae constantiae.

Et prima imago respicit ad orientem, quia virtus illa prospexit ad Filium Dei planctu amoris, ut quandoque veniret, hoc aperte loquens de aeterna vita quam circumcisio habuit in absconso. Secunda autem imago videt ad aquilonem; quoniam ipsa consideravit partem orientis et partem aquilonis, in magna disciplina aspiciens ad Deum quasi ad orientem, dedignando inconvenientiam indisciplinatae lasciviae, scilicet quod Deus non habebatur in veneratione, despiciendoque quod lex Dei digne non habebatur in populo illo, quasi in aquilone.

La cual es de color de hierro, e impuesta al muro mismo por el exterior, la cual es la justicia de Dios fuerte e invencible, mostrándose en la misma ciencia especulativa como exteriormente por la circuncisión que se formó afuera carnalmente puesta con las bienaventuradas virtudes en las cosas espirituales del muro espiritual, que constituyó Dios en los hombres. Y la misma torre es de cuatro codos de anchura, porque por la voluntad de Dios las virtudes mismas operan en el hombre, puesto bajo la extensión de los cuatro elementos, con los cuales es vegetado corporalmente en el cuerpo, y de siete codos de altura; porque en la altura de los siete dones del Espíritu Santo hay tanta firmeza, que la misma torre así se erigió, que de ella procediera la Iglesia en la encarnación de mi Hijo, prefigurada en la circuncisión del Antiguo Testamento.

El que veas en ella cinco imágenes que están singularmente, teniendo cada una sobre su arco como un cono torreado, esto es que en esta torre, esto es en la fortaleza de la circuncisión, pendían cinco fuertes virtudes, no porque alguna virtud sea una forma viviente en sí misma, sino solamente una esfera traslúcida que brilla desde Dios para el auxilio del hombre; porque el hombre se perfecciona con las virtudes, puesto que ellas mismas son la obra del hombre que obra en Dios. De donde estas cinco virtudes, a semejanza de los cinco sentidos del hombre, fueron puestas en esta torre; porque con mucho celo tocaban la circuncisión, cortando de ella la iniquidad, como los cinco sentidos del hombre, en la Iglesia son circuncidados por el sacratísimo bautismo, pero sin embargo en los hombres no obrando por sí mismas; porque el hombre obra con ellas, y ellas con el hombre, así como también los cinco sentidos del hombre no obran por sí, sino el hombre con ellos y ellos con el hombre, produciendo así mutuamente fruto. Y están singularmente; afanándose con el máximo estudio en una estatura singular de maestría que tiene un ápice torreado, esto es una preeminente y bien compuesta dignidad de validísima constancia.

Y la primera imagen mira hacia el oriente, porque aquella virtud miró hacia el Hijo de Dios con el llanto del amor, para que en algún momento viniera, hablando esto abiertamente de la vida eterna que la circuncisión tuvo en secreto. Pero la segunda imagen ve hacia el aquilón; puesto que ella consideró la parte del oriente y la parte del aquilón, en gran disciplina mirando a Dios como hacia el oriente, desdeñando la inconveniencia de la lascivia indisciplinada, a saber, que Dios no era tenido en veneración, y despreciando que la ley de Dios no era dignamente tenida en aquel pueblo, como en el aquilón.

Tertia vero tendit ad septentrionem; quia fortissime illa prosternit superfluam fornicationem, despiciendo eam, et seipsam ab illa protegendo legali institutione. Quarta autem imago vertitur ad columnam verbi Dei, in cujus radice Abraham patriarcha residet; quoniam ipsa versa fuit adhaerens in incarnatione Filii Dei, quam velut in fundamento Abraham tetigit, cum praesignificatione mirae profunditatis, ariete pendente in spinis. Quinta vero respicit ad turrim Ecclesiae, et ad illos homines qui in ipso aedificio huc et illuc discurrunt; quia illa erexit se victoriose destruere omnem injustitiam quae orta est in Adam, respiciens ad fortitudinem catholicae Ecclesiae, ut victoriose et sine intermissione pugnet contra vitia diaboli, et ad homines qui in ea diversa varietate morum discurrunt, ostendens eis in pertimescendo zelo Dei ut oves justitiae esse perseverent.

Quod autem similitudo una est in eis: hoc est quod pari devotione Deum colunt in operibus hominum; nam singulae earum vestitae sunt solummodo quasi singulis vestibus sericinis, quia unaquaeque earumdem virtutum, habet in se dulcedinem et suavitatem quibus nullatenus gravant nec constringunt homines; sed ut suaviter balsamum sudat de frutice suo: sic molliter operantur dulcedinem coelestis regni in humanis mentibus sine sorde et duritia injustitiae. Et sunt calceatae calceamentis albis, quoniam recte sequuntur justitiam meam in albedine coelestis regni, transeundo subjectionem diaboli, et omnino conculcantes vestigia ejus in hominibus. Sed quinta virtus ex omni parte armata videtur; quia ipsa prospicit ad Ecclesiam, in qua fortissimae pugnae adversus diabolica vitia perficiuntur, extendens in ea ubique victoriam suam, cum pretiosissima armatura quae est invictissima fortitudo Dei, quae pertranseundo occidit omnem injustitiam in confusione diabolicae fraudis. Quod vero secunda et tertia sunt nudo capite dissoluta coma et alba: hoc est quod nullum supplicium laboris, nec onus divitiarum aut concupiscentiae sibi imponunt pro amore meo; sed nudo capite, id est aperta conscientia sua, aperiunt mihi omne occultum suum, ardentes semper in dilectione mea, cum omnem confusionem et lasciviam concupiscentiae carnis a se abjiciunt; hoc incipientes in albis crinibus quod est claritas mentis, bona opera desiderantis. Et carent amictu palliorum; quoniam a se projiciunt mores paganorum, cum impudicitia et spurcitia diaboli et cum omnibus curis saecularibus; quia sapientia hujus mundi, stultitia est apud Deum (I Cor. 3). Prima quoque et tertia ac quarta indutae sunt tunicis albis; quod est apprehensio innocentiae praefigurantis incarnationem Filii Dei mei cum suavitate castitatis, qui morti subtraxit hominem, induens eum vita in salvatione.

Pero la tercera tiende al septentrión; porque fortísimamente ella postra la superflua fornicación, despreciándola, y protegiéndose a sí misma de ella por la institución legal. Pero la cuarta imagen se vuelve hacia la columna de la palabra de Dios, en cuya raíz el patriarca Abraham reside; puesto que ella estuvo vuelta adhiriéndose en la encarnación del Hijo de Dios, la cual como en un fundamento Abraham tocó, con una presignificación de admirable profundidad, con el carnero pendiente en las espinas. Pero la quinta mira hacia la torre de la Iglesia, y hacia aquellos hombres que en el mismo edificio discurren de aquí para allá; porque ella se erigió victoriosamente para destruir toda injusticia que surgió en Adán, mirando hacia la fortaleza de la Iglesia católica, para que victoriosamente y sin intermisión luche contra los vicios del diablo, y hacia los hombres que en ella discurren en diversa variedad de costumbres, mostrándoles en el temeroso celo de Dios que perseveren en ser ovejas de la justicia.

El que haya una semejanza en ellas: esto es que con igual devoción adoran a Dios en las obras de los hombres; pues cada una de ellas está vestida solo como con sendas vestiduras de seda, porque cada una de esas mismas virtudes tiene en sí una dulzura y suavidad por las cuales de ninguna manera gravan ni constriñen a los hombres; sino que como el bálsamo suda suavemente de su arbusto: así operan blandamente la dulzura del reino celestial en las mentes humanas sin la suciedad y dureza de la injusticia. Y están calzadas con calzado blanco, puesto que rectamente siguen Mi justicia en la blancura del reino celestial, atravesando la sujeción del diablo, y conculcando del todo sus huellas en los hombres. Pero la quinta virtud se ve armada por todas partes; porque ella mira hacia la Iglesia, en la cual se perfeccionan fortísimas luchas contra los vicios diabólicos, extendiendo en ella por todas partes su victoria, con la preciosísima armadura que es la invictísima fortaleza de Dios, la cual, al atravesar, mata toda injusticia en la confusión del fraude diabólico. Pero el que la segunda y la tercera estén con la cabeza desnuda, la cabellera suelta y blanca: esto es que no se imponen ningún suplicio de trabajo, ni carga de riquezas o concupiscencia por mi amor; sino que con la cabeza desnuda, esto es con su conciencia abierta, me abren todo su secreto, ardiendo siempre en mi amor, cuando arrojan de sí toda confusión y lascivia de la concupiscencia de la carne; comenzando esto en los cabellos blancos, que es la claridad de la mente que desea las buenas obras. Y carecen del amparo de mantos; puesto que proyectan de sí las costumbres de los paganos, con la impudicia y suciedad del diablo y con todos los cuidados seculares; porque la sabiduría de este mundo es necedad ante Dios (1 Cor 3). También la primera, la tercera y la cuarta están vestidas con túnicas blancas; lo cual es la aprehensión de la inocencia que prefigura la encarnación de mi Hijo con la suavidad de la castidad, quien sustrajo al hombre de la muerte, vistiéndolo de vida en la salvación.

Quod autem dissimilitudo est eis: hoc est quod vis earum vicissim est in dono Spiritus sancti, cum virtus haec habet hoc instrumentum animae, et virtus alia aliud, unum tamen studium existentes in Deo: ita quod coelestis Jerusalem perfecte construatur cum eis; quia ipsae sunt opus quod homines operantur: per quod ad Deum perveniunt.

Unde haec prima imago designat coelestem amorem, quia ipse prae animi cura inesse debet hominibus; gestans in capite suo pontificalem infulam, sparsis capillis et albis, quia valde coronata est in summo sacerdote Jesu Christo, et in summis sacerdotibus Veteris Testamenti, et in illis qui eidem Filii Dei dixerunt: Utinam disrumperes coelos et descenderes; stans denudatis capillis sine muliebri velamine capitis in albedine apparentibus: praefigurans in eis quod sacerdotale officium denudandum esset conjugali officio in adventu Filii mei, ipsius qui imitandus est a sacerdotibus suis in castitate propter salvationem; quia ipsi perfectissimo coelesti amore sic semper adhaerere debent: ut excutiant pravos mores hominum, a contagione peccati: clara et candida pars existentes in spirituali dono Dei. Quae etiam induta est quasi pallio albo, inferius in duabus oris ipsius purpura contexto; hoc est quod eam circumdedit gratia Dei in albedine lenitatis, subnixa et ornata in finibus protectionum suarum cum decoris ornamentis charitatis; quia comprehensio divinae gratiae inesse debet termino uniuscujusque boni operis, constans in duabus partibus videlicet in virtute dilectionis Dei et hominis. Quod vero in dextera sua habet lilia et alios flores, hoc est quod in bono opere habet candida praemia liliorum aeternae vitae et claritatem aeterni luminis, et alios sanctitatis flosculos qui sunt sodales sui, qui se illi conjungunt coelesti amore. Sed quod in sinistra sua gestat palmam, hoc est quod ipsa in recordatione mortis habet palmam ascendentem de occulto beatae virtutis, cum qua mortem quasi torrentibus lapidibus obruit, ut etiam declarat in verbis suis ad filios Dei, ut supra dictum est.

Secunda autem, praetendit disciplinam; quoniam post ardentem coelestis vitae amorem oritur constrictio carnalium concupiscentiarum in disciplina magnae contritionis. Quae induta est purpurea tunica; quia circumdata est lege mea et mortificatione carnis in hominibus, quod est exemplum Filii mei in purpureo indumento: ut idem Filius meus ex purissima Virgine natus est in charitate, quae omnimodo operata est in ipso.

Pero el que haya una disimilitud en ellas: esto es que la fuerza de ellas está a su vez en el don del Espíritu Santo, cuando esta virtud tiene este instrumento del alma, y otra virtud otro, existiendo sin embargo en un solo estudio en Dios: de modo que la Jerusalén celestial sea perfectamente construida con ellas; porque ellas mismas son la obra que los hombres realizan: por la cual llegan a Dios.

De donde esta primera imagen designa el amor celestial, porque este debe estar en los hombres por encima del cuidado del ánimo; llevando en su cabeza una ínfula pontifical, con los cabellos esparcidos y blancos, porque está muy coronada en el sumo sacerdote Jesucristo, y en los sumos sacerdotes del Antiguo Testamento, y en aquellos que dijeron al mismo Hijo de Dios: ¡Ojalá rompieras los cielos y descendieras!; estando con los cabellos descubiertos sin velo mujeril de la cabeza apareciendo en blancura: prefigurando en ellos que el oficio sacerdotal habría de ser despojado del oficio conyugal en el advenimiento de mi Hijo, de aquel mismo que debe ser imitado por sus sacerdotes en castidad por la salvación; porque ellos deben siempre adherirse así al perfectísimo amor celestial: que sacudan las depravadas costumbres de los hombres del contagio del pecado: siendo una parte clara y cándida en el don espiritual de Dios. La cual también está vestida como con un palio blanco, tejido inferiormente en sus dos orillas con púrpura; esto es que la rodeó la gracia de Dios en la blancura de la lenidad, apoyada y adornada en los fines de sus protecciones con los decorosos ornamentos de la caridad; porque la comprensión de la divina gracia debe estar en el término de cada una de las buenas obras, constando de dos partes, a saber, en la virtud de la dilección de Dios y del hombre. Pero el que en su derecha tenga lirios y otras flores, esto es que en la buena obra tiene los blancos premios de los lirios de la vida eterna y la claridad de la luz eterna, y otras florecillas de santidad que son sus compañeras, que se unen a ella por el amor celestial. Pero el que en su izquierda lleve una palma, esto es que ella, en el recuerdo de la muerte, tiene la palma que asciende de lo oculto de la bienaventurada virtud, con la cual abruma a la muerte como con torrentes de piedras, como también declara en sus palabras a los hijos de Dios, como se ha dicho arriba.

Pero la segunda representa la Disciplina; puesto que tras el ardiente amor de la vida celestial surge la constricción de las concupiscencias carnales en la disciplina de una gran contrición. La cual está vestida con una túnica de púrpura; porque está rodeada por Mi ley y por la mortificación de la carne en los hombres, lo cual es el ejemplo de Mi Hijo en la vestidura de púrpura: pues el mismo Hijo mío nació de la purísima Virgen en la caridad, la cual operó en Él de todos los modos.

Constat enim ut adolescens qui nondum est ad plenum virilis aetatis, sed tamen magnae gravitatis; quoniam disciplina semper est in puerili timore, ut puer est in constrictione timens magistrum suum sub magistratione. Unde et ego omnipotens, semper magister sum disciplinae, quia ipsa erga me est quasi non virilis; quoniam non vult esse potente in officio propriae voluntatis suae, sed semper fideliter timere in magna districtione reverentiae, sicut etiam manifestissime ostendit in supradictis verbis suis.

Tertia vero declarat verecundiam: quoniam post disciplinam surgit pudor verecundiae, a se fugans confusionem peccati. Quapropter tegit etiam faciem suam alba manica dextrae manus suae; quia protegit interiorem conscientiam suam quasi faciem animae, fugiens a fornicatione et a pollutione diabolica, se defendens candida veste innocentiae et castitatis, eam habens in dextera, quod est in salvatione operis sui; quoniam ipsi potenter adhaerent contemptus omnis spurcitiae Satanae, quam omnimodo abjicit a se, ut etiam declarat in praedictis verbis suis monitionis suae.

Quarta autem significat misericordiam; quia post verecundiam elevat se ad egentes virtus misericordiae, quia etiam in corde aeterni Patris est vera misericordia gratiae ejus quoniam ipse per eam hoc ordinavit in antiquo consilio suo quod primum ostendit misericorditer Abraham in circumcisione, educens eum de terra ejus et praecipiens ei ut circumcideretur ipse et genus suum, quando illi demonstravit magna mirabilia in vera Trinitate, per quae et Filium suum praenuntiaverat in figura, quod totum est illa misericordia quam idem Abraham praesignavit offerens Isaac. Et est velato capite ex albo velamine capitis more muliebri; quod est tegmen et initium salvationis, quasi caput miserantis perditas animas de exsilio mortis reducentis sub candore pii velaminis; quoniam albas facit animas et hominem fulgentem; dum coopertus fuerit cum misericordia a Deo, quia illis hominibus qui Deum in indignatione habent, dum adhuc in peccatis sunt, his fulget post illatam eis coelitus misericordiam, ut radius solis in blanda suavitate, quoniam misericordia in muliebri persona fecundissima mater est animarum de perditione. Nam ut mulier operit caput suum, ita deprimit misericordia mortem animarum, et sicut mulier suavior est viro, sic et misericordia suavior vesana insania criminum in insania peccatoris priusquam cor ejus visitetur a Deo: sicut et eadem virtus in muliebri forma apparet, quoniam in feminea castitate clausa virginea materia surrexit in ventre Mariae suavissima misericordia, quae semper erat obumbrata in Patre, donec Pater eam visibilem ostendit per Spiritum sanctum in utero Virginis.

Pues consta como un adolescente que todavía no es de plena edad varonil, pero sin embargo de gran gravedad; puesto que la disciplina está siempre en el temor pueril, como un niño está en la constricción temiendo a su maestro bajo la magistratura. De donde también Yo, omnipotente, soy siempre maestro de la disciplina, porque ella hacia Mí es como no varonil; puesto que no quiere ser potente en el oficio de su propia voluntad, sino siempre temer fielmente en la gran restricción de la reverencia, como también manifiesta muy claramente en sus predichas palabras.

Pero la tercera declara la Vergüenza: puesto que tras la disciplina surge el pudor de la vergüenza, ahuyentando de sí la confusión del pecado. Por lo cual cubre también su rostro con la manga blanca de su mano derecha; porque protege su conciencia interior como el rostro del alma, huyendo de la fornicación y de la polución diabólica, defendiéndose con la cándida vestidura de la inocencia y de la castidad, teniéndola en la derecha, lo cual es en la salvación de su obra; puesto que a ella se adhieren potentemente el desprecio de toda la suciedad de Satanás, la cual arroja de sí de todos los modos, como también declara en sus predichas palabras de su amonestación.

Pero la cuarta significa la Misericordia; porque tras la vergüenza se eleva hacia los necesitados la virtud de la misericordia, porque también en el corazón del Padre eterno está la verdadera misericordia de Su gracia, puesto que Él mismo por ella ordenó esto en Su antiguo consejo, lo cual primero mostró misericordiosamente a Abraham en la circuncisión, sacándolo de su tierra y mandándole que se circuncidara él y su linaje, cuando le demostró grandes maravillas en la verdadera Trinidad, por las cuales también había prenunciado a Su Hijo en figura, todo lo cual es aquella misericordia que el mismo Abraham presignificó ofreciendo a Isaac. Y está con la cabeza velada por un velo blanco de la cabeza a la manera mujeril; lo cual es la cobertura e inicio de la salvación, como la cabeza de quien se compadece de las almas perdidas, conduciéndolas de regreso del exilio de la muerte bajo la blancura de un piadoso velo; puesto que hace blancas las almas y al hombre resplandeciente; mientras esté cubierto con la misericordia de Dios, porque a aquellos hombres que tienen a Dios en indignación, mientras todavía están en pecados, a estos brilla después de habérseles conferido desde el cielo la misericordia, como un rayo de sol en blanda suavidad, puesto que la misericordia en persona mujeril es la fecundísima madre de las almas de la perdición. Pues como la mujer cubre su cabeza, así la misericordia deprime la muerte de las almas, y como la mujer es más suave que el varón, así también la misericordia es más suave que la vesánica locura de los crímenes en la locura del pecador antes de que su corazón sea visitado por Dios: como también la misma virtud aparece en forma mujeril, puesto que en la femenina castidad, cerrada la materia virginal, surgió en el vientre de María la suavísima misericordia, que siempre estaba obnubilada en el Padre, hasta que el Padre la mostró visible por el Espíritu Santo en el útero de la Virgen.

Et circumamicta est pallio crocei coloris; quia circumdata est splendidissimo sole quod est signum Filii mei fulgentis de coelo in mundum, sicut solis splendor in terram. Quoniam idem Filius meus verus est sol illuminans mundum cum sanctificatione Ecclesiae. Quod vero in pectore suo habet imaginem ipsius Unigeniti mei: hoc est quod in pectus misericordiae inclinavi eumdem Filium meum, dum eum misi in uterum Mariae virginis. Unde et circa eam in pectore virtutis ejus scriptum est: Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos Oriens ex alto (Luc. I). Quid hoc? Quia ubique in circumeunte potestate mea demonstratur in secreto scientiae pectoris misericordiae: quod Filius meus vera misericordia est. Quomodo? ut praedictum est in verbis Zachariae servi mei in Evangelio dicentis: Per viscera misericordiae Dei nostri in quibus visitavit nos Oriens ex alto. Hoc tale est: Per viscera paternae misericordiae salvatio est, qui absconsum in corde Patris erat, ut viscera manent in hominibus: quod Filius ejus in fine temporum incarnaretur ubi visitavit Deus homines. Quomodo? Coelesti scilicet pane qui Filius ejus est natus in carne ex Maria virgine, qui veniens ex alto, id est de corde Patris exiens, praebuit maximam quaerentibus se misericordiam, sicut etiam ipsa virtus in supradictis verbis suis filios Dei alloquitur.

Quinta vero imago praefigurat victoriam: quoniam post misericordiam quam ostendi in circumcisione Filium meum volens mittere in mundum, erexit se victoria in eadem circumcisione, ita procedens cum majore virtute usque ad Filium meum, atque cum ipso in novissimum diem. Nam in Filio meo superavi antiquum serpentem; qui super caput suum extulit se, humanum genus rapiens per mille nequitias quibus illud comprehendit quasi in catena sua, quia illas nequitias Unigenitus meus devicit per omnia bellicosa arma quae surrexerunt in incarnatione ejus qui est flos omnium virtutum. Quid hoc? Post misericordiam surgit victoria cum seipsum homo devicit et aliena vitia. Quomodo? In praedictis vitiis quinque virtutibus: primus est amor coelestis, scilicet in hoc quod homo scit et agnoscit Deum, diligens eum super omnia. Deinde causa illius fidei ligatur idem homo in legem disciplinae; de qua ipse compescit crimina peccandi per bonam et rectam verecundiam. In his ergo tribus viribus justificabitur homo in corde suo: sic inspiciens aliam rem quae est angustia proximi sui quem procurabit in omnibus necessitatibus ejus ut se.

Y está vestida alrededor con un manto de color de azafrán; porque está rodeada por el sol esplendidísimo que es el signo de mi Hijo que resplandece desde el cielo al mundo, como el esplendor del sol sobre la tierra. Puesto que el mismo Hijo mío es el verdadero sol que ilumina al mundo con la santificación de la Iglesia. Pero el que en su pecho tenga la imagen de mi Unigénito mismo: esto es que en el pecho de la misericordia incliné al mismo Hijo mío, cuando lo envié al útero de la Virgen María. Por lo cual también alrededor de ella en el pecho de su virtud está escrito: Por las entrañas de la misericordia de nuestro Dios, en las cuales nos visitó el Oriente desde lo alto (Lc 1). ¿Qué es esto? Porque en todas partes, en Mi poder circundante, se demuestra en el secreto de la ciencia del pecho de la misericordia: que mi Hijo es la verdadera misericordia. ¿Cómo? como se ha dicho arriba en las palabras de mi siervo Zacarías en el Evangelio diciendo: Por las entrañas de la misericordia de nuestro Dios en las cuales nos visitó el Oriente desde lo alto. Esto es tal: Por las entrañas de la misericordia paterna está la salvación, que estaba oculta en el corazón del Padre, como las entrañas permanecen en los hombres: que Su Hijo en el fin de los tiempos se encarnaría donde Dios visitó a los hombres. ¿Cómo? Por el pan celestial, a saber, que es Su Hijo nacido en la carne de la Virgen María, quien viniendo de lo alto, esto es saliendo del corazón del Padre, ofreció la máxima misericordia a los que lo buscan, como también la misma virtud se dirige a los hijos de Dios en sus predichas palabras.

Pero la quinta imagen prefigura la Victoria: puesto que tras la misericordia que mostré en la circuncisión, queriendo enviar a Mi Hijo al mundo, se erigió la victoria en la misma circuncisión, procediendo así con mayor virtud hasta mi Hijo, y con Él hasta el último día. Pues en Mi Hijo superé a la antigua serpiente; que se ensalzó sobre su propia cabeza, arrebatando al género humano por mil iniquidades con las cuales lo prendió como en su cadena, porque aquellas iniquidades mi Unigénito las venció por todas las armas belicosas que surgieron en Su encarnación, el cual es la flor de todas las virtudes. ¿Qué es esto? Tras la misericordia surge la victoria cuando el hombre se ha vencido a sí mismo y a los vicios ajenos. ¿Cómo? En las predichas cinco virtudes: primero es el amor celestial, a saber, en esto que el hombre sabe y reconoce a Dios, amándolo sobre todas las cosas. Después, por causa de aquella fe, el mismo hombre es ligado a la ley de la disciplina; por la cual reprime los crímenes de pecar mediante la buena y recta vergüenza. En estas tres fuerzas, por tanto, será justificado el hombre en su corazón: mirando así otra cosa que es la angustia de su prójimo, a quien procurará en todas sus necesidades como a sí mismo.

Unde et mox surgit homo fortissimus miles cum his tribus viribus in quibus perfectus est in mente sua imitando in misericordia Filium meum verum Samaritanum sic in victoria pertransiens vires diaboli cum armis victoriosissimarum virtutum, cum seipsum vincit et proximum suum regit, in ipsis virtutibus occidens omne malum, abjiciendo videlicet superbiam quae Adam expulit de paradiso.

Et eadem virtus armata est galea supposita capiti suo; quia homo pleno coelesti desiderio ad Deum qui est caput omnium suspirare debet ut salutem consequatur aeternam. Induta est quoque lorica, ut homo resistat diabolo constringens injustam voluntatem carnalium desideriorum suorum, in vero timore et cum justo tremore subjectus Deo, fideliter metuens districtum judicium ejus ut per me commonitus dicit David: Illuxerunt coruscationes tuae orbi terrae: commota est et contremuit terra (Psal. LXXVI). Hoc tale est: Effulserunt mirabilia et secreta tua, o Domine cunctorum; et mirifice apparuerunt. Quomodo? Ut coruscatio quae ex parte videtur et ex parte occultatur; quoniam mysteria tua nunc intelliguntur, nunc autem nesciuntur; nam non est gens diffusa in latitudine totius orbis qui in tua voluntate mirabiliter creatus est; quin ad eam nomen gloriae tuae et potentia majestatis tuae diversis modis et admirandis signis mirifice pervenerit, etiam si eam lumen fidei et veritatis nedum perfecte ad salutem sui illustraverit. Quapropter homo in magnis suspiriis commotus avertit se a voluntate sua, deseritque concupiscentias suas, tremendo videlicet supernum judicium; quia ipse prius in terrenis actibus ambulans sui ipsius imprudenter oblitus erat, cum nunc sapienter redit ad se. Est etiam praefata virtus induta ocreis ut, recta via sibi denuntiata, effugiat itinera mortis per castigationem corporalem. Induta est et ferreis chirothecis, quatenus effugiat opera diaboli per circumcisionem mentis, et per rectissimam fidem, ita ut in Deum credat: sic evadens laqueos truculentissimi inimici. Habet etiam in sinistra sua clypeum ab humeris pendentem; quoniam in sinistra parte quae est diabolica pugna contra hominem, circumdata ex gratia fortissimorum praeceptorum Dei, quibus homo tanta Fidei fortitudine circumdetur et defendatur, ne diabolus eum corrumpat suasionibus suis, et ne ipse homo se subjiciat vitiis illius protectione Dei, ab humeris circumdatus; quoniam gratia Dei adhaeret rectae fortitudini animae ad Deum in ligatura dilectionis Dei et proximi.

De donde también pronto surge el hombre como un fortísimo soldado con estas tres fuerzas en las cuales es perfeccionado en su mente imitando en la misericordia a mi Hijo, el verdadero Samaritano, pasando así en la victoria a través de las fuerzas del diablo con las armas de las virtuosísimas virtudes, cuando se vence a sí mismo y rige a su prójimo, matando en las mismas virtudes todo mal, a saber, arrojando la soberbia que expulsó a Adán del paraíso.

Y la misma virtud está armada con un yelmo puesto sobre su cabeza; porque el hombre, con pleno deseo celestial, debe suspirar hacia Dios, que es la cabeza de todo, para que consiga la salvación eterna. Está vestida también con una coraza, para que el hombre resista al diablo constriñendo la injusta voluntad de sus deseos carnales, en el verdadero temor y con justo temblor sujeto a Dios, temiendo fielmente Su estricto juicio como, amonestado por Mí, dice David: Tus relámpagos iluminaron el orbe de la tierra: se conmovió y tembló la tierra (Sal 76). Esto es tal: Brillaron Tus maravillas y secretos, oh Señor de todos; y aparecieron de modo admirable. ¿Cómo? Como el relámpago que en parte se ve y en parte se oculta; puesto que Tus misterios ahora se entienden, pero otras veces se ignoran; pues no hay nación difundida en la latitud de todo el orbe que en Tu voluntad haya sido admirablemente creada, sin que a ella el nombre de Tu gloria y la potencia de Tu majestad haya llegado de diversos modos y por signos admirables de modo maravilloso, aun si la luz de la fe y de la verdad todavía no la haya ilustrado perfectamente para su salvación. Por lo cual el hombre, conmovido en grandes suspiros, se aparta de su voluntad, y deserta de sus concupiscencias, temblando a saber ante el juicio superno; porque él antes, caminando en actos terrenos, se había olvidado imprudentemente de sí mismo, cuando ahora sabiamente vuelve a sí. Está también la predicha virtud vestida con grebas para que, denunciado para él el camino recto, escape de los itinerarios de la muerte por la castigación corporal. Está vestida también con guanteletes de hierro, para que escape de las obras del diablo por la circuncisión de la mente, y por la rectísima fe, de modo que crea en Dios: evadiendo así los lazos del truculentísimo enemigo. Tiene también en su izquierda un escudo pendiente de los hombros; puesto que en la parte izquierda, que es la lucha diabólica contra el hombre, rodeada por la gracia de los fortísimos preceptos de Dios, por los cuales el hombre sea rodeado y defendido con tanta fortaleza de la Fe, para que el diablo no lo corrompa con sus persuasiones, y para que el hombre mismo no se sujete a los vicios de aquel por la protección de Dios, rodeado desde los hombros; puesto que la gracia de Dios se adhiere a la recta fortaleza del alma hacia Dios en la ligadura de la dilección de Dios y del prójimo.

Et accincta est gladio; qua homo debet se constringere castigatione corporis, in austeritate sermonis Dei; et a se et ab aliis abscindens iniquitatem. Hastam quoque manu dextera tenet; quod est ut homo cum fiducia sit audax in Deo superare omnem sapientiam diaboli; hoc faciens cum fortissima pace Domini quae vera justitia est contra nequissimum certamen diaboli et hominis; quod difficile debellari potest nisi adjutorio Dei. Quod autem sub pedibus ejus jacet quasi leo hians ore, hoc est diabolus quem victoria pedibus recti itineris vitae et veritatis prostravit, cum idem Satanas acerrima et amarissima crudelitate hians deglutiret genus humanum. Lingua vero extensa ex ore ejus, est existimatio ipsius qua terribili iniquitate putabat omne genus hominum ab Adam procreatum omnino devorare. Et quod etiam sub pedibus ejus jacent velut quidam homines: hi sunt sub agilitate ejus torpentes fistulae diaboli, quae se flectunt ad initium omnis mali, quas ipsa protexit in zelo Dei recte procedens in justitia; quia caedem perversae machinationes in diversis moribus se subdunt diabolo illi famulantes. Quorum alii tubis resonant; quoniam bacchantur sonitu omnium malorum, et insaniunt elati flagrante mente odio habentes justitiam Dei, genus scilicet super genus hoc faciens in magna superbia. Et alii quibusdam instrumentis ludicris joculariter concrepant; qua fallaces sunt in illusionibus phantasticis ad diabolum pertinentibus, et quoniam pertinaces sunt in tortuosa lascivia elationis invidentis disciplinae Dei. Alii quoque diversis ludis ludunt; quoniam versantur in diversitate et spurcitia vitiorum, quae secundum libitum voluntatis suae excogitantes in seipsis per insidias diabolicas adimplent. Et hos omnes eadem imago simul et ipsum leonem pedibus suis conculcat; qua nimio zelo omnes has vanitates artium propellit et suasiones Satanae conterit in justitia Dei. Sed et hasta quam dextera tenet eos acriter transfodit; quoniam per fiduciam et audaciam ad Deum fortissime transfigit superando et vulnerando in doloribus omnes has immunditias, quia a Deo deluduntur et ad nihilum deputantur; ut ipsa etiam in praedictis verbis admonitionis suae demonstrat.

Sed quod intra ipsum aedificium vides duas alias imagines versus hanc eamdem turrim stantes, hoc est quod intra opus illud quod coelestis Pater operatus est per Filium suum, palam eum ostendens in aperto opere quo in circumcisione ostensus est, in obumbratione duae virtutes surrexerunt quod est exemplum Christi in una et sequi vestigia ejus, in altera obviam praecursui voluntatis Dei maxima fortitudine et reverentia apparentes; quia in seipsis declarant fructum qui praefiguratus est in circumcisione.

Y está ceñida con la espada; por la cual el hombre debe constreñirse con la castigación del cuerpo, en la austeridad del sermón de Dios; y cortando de sí y de los otros la iniquidad. También tiene la lanza en la mano derecha; lo cual es para que el hombre, con confianza, sea audaz en Dios para superar toda la sabiduría del diablo; haciendo esto con la fortísima paz del Señor, que es la verdadera justicia contra el nequísimo certamen del diablo y del hombre; que difícilmente puede ser debelado sino con el auxilio de Dios. Pero el que bajo sus pies yazga como un león con la boca abierta, esto es el diablo, a quien la victoria postró con los pies del camino recto de la vida y de la verdad, cuando el mismo Satanás, con acérrima y amarísima crueldad, con la boca abierta deglutiría al género humano. Pero la lengua extendida de su boca es su estimación, por la cual con terrible iniquidad pensaba devorar del todo a todo el género de los hombres procreado de Adán. Y el que también bajo sus pies yazgan como ciertos hombres: estos son, bajo la agilidad de ella, las tórpidas flautas del diablo, que se doblan al inicio de todo mal, a las cuales ella protegió en el celo de Dios procediendo rectamente en la justicia; porque las mismas perversas maquinaciones en diversas costumbres se sujetan al diablo sirviéndole. De los cuales algunos resuenan con trompetas; puesto que se desenfrenan con el sonido de todos los males, y enloquecen elatados con la mente flagrante odiando la justicia de Dios, linaje a saber sobre linaje haciendo esto con gran soberbia. Y otros con ciertos instrumentos lúdicos jocosamente crepitan; por lo cual son falaces en las ilusiones fantásticas pertenecientes al diablo, y puesto que son pertinaces en la tortuosa lascivia de la elación que envidia la disciplina de Dios. Otros también juegan diversos juegos; puesto que se ocupan en la diversidad y suciedad de los vicios, los cuales, pensando en sí mismos según el placer de su voluntad, cumplen a través de las insidias diabólicas. Y a todos estos la misma imagen al mismo tiempo conculca con sus pies junto con el león mismo; por lo cual con excesivo celo impele todas estas vanidades de las artes y tritura las persuasiones de Satán en la justicia de Dios. Pero también la lanza que la mano derecha tiene los traspasa acritamente; puesto que por la confianza y audacia hacia Dios traspasa fortísimamente superando y vulnerando en dolores todas estas inmundicias, porque son burladas por Dios y reputadas en nada; como ella misma también demuestra en las predichas palabras de su amonestación.

Pero el que dentro del edificio mismo veas otras dos imágenes que están hacia esta misma torre, esto es que dentro de aquella obra que el Padre celestial realizó por medio de Su Hijo, mostrándolo abiertamente en la obra manifiesta por la cual fue mostrado en la circuncisión, en obnubilación surgieron dos virtudes, una de las cuales es el ejemplo de Cristo y la otra el seguimiento de Sus huellas, apareciendo al encuentro del precursor de la voluntad de Dios con máxima fortaleza y reverencia; porque en sí mismas declaran el fruto que fue prefigurado en la circuncisión.

Et prior earum apparet stans supra pavimentum ipsius aedificii quasi in arcu ignei splendoris diversis imaginibus malignorum spirituum interius depicto, et contra praedictam turrim posito; quia eadem virtus perficitur in terrenis rebus eas conculcando in bonitate Patris, cum diligenter pertransit desideria carnis in exemplo Filii Dei. Quomodo? Quia in multa tolerantia pertransit adversa mundi fortiter examinata et excribrata in arcu, id est in excellentia saecularis potestatis, quae ignea est in terrore detrahentis superbiae quam diabolica turba subsequitur: interiora animae saecularium desideria carnalia diligentium attrahens suae voluntati, cum etiam idem arcus per terrenam potentiam in multis modis interdum opponat se justitiae; repugnans vero testamento quod aedificatum est in Deo, quae tamen omnia superat victrix virtus per adjutorium Dei in bonis hominibus quamvis multum impugnentur et fatigentur ab insidiis malignorum. Altera vero ipsi arcui exterius tantum collateralis in nullo arcu consistit; quoniam cum prior virtus tumidam potestatem patienter devincit quae ipsi multas poenas intulit, procedit virtus haec foris eamdem potentiam, quia de poenis quas illa pertulit, haec quasi extra eamdem potestatem orta est rabiem ejus effugiens; sed tandem juxta eam, quod est recordatio aerumnarum unde originem duxit; sine depressione arcus consistens, quoniam libera est a potestate hujus saeculi, palam crucem Christi bajulans. Quod autem ambae interdum ad praefatam turrim aspiciunt, hoc est quod ipsae sunt plenum opus praefiguratum in praecursu voluntatis Dei, in circumcisione Veteris Testamenti, considerantes initium radicis suae; majores tamen eodem initio suo quod in circumcisione habuerunt existentes, quia fulgens opus praecellit inceptionem doctrinae, interdum etiam aspicientes ad homines idem aedificium intrantes et exeuntes; quod est admonitio earum in Spiritu sancto ad populos qui ad Deum in via legis justitiae ambulant, et ad illos qui sunt in criminibus diaboli volentes recedere de via justa, unde exhortantur ab eis, ut eas in bono imitentur.

Vestitae sunt etiam ipsae sericinis vestibus, quia habent suavitatem illam, ut homo non gravetur in indignatione laboris persecutionum. Et sunt velatae in ligatura capitis albo velamine more femineo, quoniam justum est ut homo subjectus sit Deo capiti suo, ipsum menti suae jugiter circumponens in candore dilectionis, ita ut eum in gaudio et laetitia amplectatur, sicut mulier virum suum habet in honore timoris et amoris, ut constituit Deus. Sed non sunt circumamictae palliis, quia carent omni sollicitudine saeculari, se tantum declinantes post illa quae sunt aeterna in Deo in vita futura.

Y la primera de ellas aparece estando sobre el pavimento del edificio mismo como en un arco de ígneo esplendor pintado interiormente con diversas imágenes de espíritus malignos, y puesto contra la predicha torre; porque la misma virtud se perfecciona en las cosas terrenas conculcandolas en la bondad del Padre, cuando diligentemente atraviesa los deseos de la carne en el ejemplo del Hijo de Dios. ¿Cómo? Porque en mucha tolerancia atraviesa las adversidades del mundo, fuertemente examinada y cribada en el arco, esto es en la excelencia de la potestad secular, que es ígnea en el terror de la soberbia detractora a la cual sigue la turba diabólica: atrayendo a su voluntad los interiores deseos carnales del alma de los seculares que los aman, cuando también el mismo arco, por la potencia terrena, de muchos modos a veces se opone a la justicia; repugnando ciertamente al testamento que fue edificado en Dios, todas las cuales sin embargo supera la virtud victoriosa por el auxilio de Dios en los hombres buenos, aunque sean muy impugnados y fatigados por las insidias de los malignos. Pero la otra, solo colateral al arco mismo exteriormente, no consiste en ningún arco; puesto que cuando la virtud anterior vence pacientemente a la túmida potestad que le infirió muchas penas, esta virtud procede fuera de la misma potestad, porque de las penas que aquella soportó, esta surgió como fuera de la misma potestad, huyendo de su rabia; pero sin embargo junto a ella, lo cual es el recuerdo de las penurias de donde tuvo su origen; consistiendo sin la depresión del arco, puesto que es libre de la potestad de este siglo, llevando abiertamente la cruz de Cristo. Pero el que ambas a veces miren hacia la predicha torre, esto es que ellas mismas son la obra plena prefigurada en el precursor de la voluntad de Dios, en la circuncisión del Antiguo Testamento, considerando el inicio de su raíz; siendo sin embargo mayores que su mismo inicio que tuvieron en la circuncisión, porque la obra resplandeciente descuella sobre el inicio de la doctrina, a veces también mirando hacia los hombres que entran y salen del mismo edificio; lo cual es la amonestación de ellas en el Espíritu Santo a los pueblos que caminan hacia Dios en la vía de la ley de la justicia, y a aquellos que están en los crímenes del diablo queriendo apartarse de la vía justa, de donde son exhortados por ellas, para que las imiten en el bien.

Ellas mismas están también vestidas con vestiduras de seda, porque tienen aquella suavidad, para que el hombre no sea gravado en la indignación del trabajo de las persecuciones. Y están veladas en la ligadura de la cabeza con un velo blanco a la manera femenina, puesto que es justo que el hombre esté sujeto a Dios su cabeza, poniéndolo continuamente alrededor de su mente en la blancura de la dilección, de modo que lo abrace con gozo y alegría, como la mujer tiene a su marido en el honor del temor y del amor, como constituyó Dios. Pero no están revestidas con mantos, porque carecen de toda solicitud secular, inclinándose solo tras aquellas cosas que son eras en Dios en la vida futura.

Indutae sunt autem calceamentis albis; quoniam lucent in itineribus justitiae per albedinem fidei in mentibus hominum, ut et ipsi sequantur vestigia exempli earum.

Prior autem imago designat patientiam, quia illa surrexit in cornu Abrahae, quod est in inceptione obediendi cum obediendo Deo in circumcisione primum sonum obedientiae post casum Adae significaverit praecurrentem operantem obedientiam in vero verbo, quod est in Filio Dei, ut sonus verbum praecurrit, in septentrionali parte, videlicet opposita nequitiis et inquietudini antiqui serpentis. Et habent in capite suo quasi triangularem coronam rubentem, ut rubeus hyacynthus rubet in colore suo, quoniam in principio mentis fidelium hominum per fidem sanctae Trinitatis valde coronata est, qui carnem suam contemnentes pro amore Dei et vera fide sanguinem suum fundere non dubitant, quia et Filius Dei apparens in carne, mortem devicit cum rubore sanguinis sui per quem Ecclesia decorata est, quasi cum nobili rubente hyacintho in decore suo. Induta est quoque tunica alba cujus implicamenta sunt viridi colore ubique distincta, quia sibi induit vestimentum operis Dei in albedine perpetui luminis ornatum, scilicet in implicamentis suis, quae sunt aerumnae et gemitus dicentis: O quando veniam ad aspectum veri luminis? quod desiderium feliciter in praesenti vita habetur in adobumbrato exemplo, per quod decorantur ipsae adversitates fidelium in viriditate animae multis calamitatibus distinctae, propter Deum in patientia haec omnia sufferentes, ut etiam eadem virtus declarat in praedictis verbis suis.

Altera vero imago praetendit gemitum, quoniam post patientiam contrariorum, elevat se in electis meis gemitus recordationis vitae, surgens admonitione mea, ut de corde meo Filium meum misi propter gemitum populi mei. Nam populus meus in Veteri et in Novo Testamento habebat et habet hanc recordationem mentis, quam gemitus comprehendentis in lamentabili ornamento suo, quoniam ipsa vera compunctio cordis est. Propter quod etiam stat in septentrionali plaga, ut repugnet dissolutae immunditiae diabolicarum insidiarum. Et induta est tunica alba, sed aliquantulum pallidi coloris, quia circumdata est bonis operibus in candore fidei; turbulentum tamen pallorem ostendentis, quoniam semper suspiria et fletus habet pro aeterna felicitate. Quod autem in dextero brachio suo portat crucem cum imagine Salvatoris caput suum inclinans super illud, hoc est quod in dextera, id est in recta parte fortis operis sui amplectitur passionem Filii mei toto desiderio intentionis suae anhelans, et se inclinans ad eum, imitando ipsum in doloribus et aerumnis, sicut etiam in supradictis verbis exhortationis suae demonstrat.

Pero están calzadas con calzado blanco; puesto que lucen en los itinerarios de la justicia por la blancura de la fe en las mentes de los hombres, para que también ellos sigan las huellas del ejemplo de ellas.

Pero la imagen anterior designa la Paciencia, porque ella surgió en el cuerno de Abraham, lo cual es en el inicio del obedecer cuando, obedeciendo a Dios en la circuncisión, significó el primer sonido de la obediencia tras la caída de Adán, un precursor que opera la obediencia en el Verbo verdadero, que está en el Hijo de Dios, como el sonido precede a la palabra, en la parte septentrional, a saber, opuesta a las iniquidades e inquietud de la antigua serpiente. Y tiene en su cabeza como una corona triangular roja, como el jacinto rojo es rojo en su color, puesto que en el inicio de la mente de los hombres fieles está muy coronada por la fe de la santa Trinidad, quienes, despreciando su propia carne por el amor de Dios y la verdadera fe, no dudan en derramar su sangre, porque también el Hijo de Dios, apareciendo en la carne, venció a la muerte con el rubor de Su sangre por la cual la Iglesia fue decorada, como con un noble jacinto rojo en su decoro. Está vestida también con una túnica blanca cuyos pliegues están por todas partes distinguidos con color verde, porque se viste la vestidura de la obra de Dios adornada en la blancura de la luz perpetua, a saber, en sus pliegues, que son las penurias y el gemido del que dice: ¡Oh!, ¿cuándo vendré al aspecto de la verdadera luz?, cuyo deseo se tiene felizmente en la vida presente en un ejemplo ensombrecido, por el cual se decoran las mismas adversidades de los fieles en la verde vitalidad del alma distinguida por muchas calamidades, sufriendo todas estas cosas en paciencia por Dios, como también la misma virtud declara en sus predichas palabras.

Pero la otra imagen representa el Gemido, puesto que tras la paciencia de los contrarios, se eleva en mis elegidos el gemido del recuerdo de la vida, surgiendo por mi amonestación, como de Mi corazón envié a Mi Hijo por el gemido de Mi pueblo. Pues Mi pueblo, en el Antiguo y en el Nuevo Testamento, tenía y tiene este recuerdo de la mente, el cual es de quien comprende el gemido en su lamentable ornamento, puesto que ella es la verdadera compunción del corazón. Por lo cual también está en la plaga septentrional, para que repugne a la disoluta inmundicia de las insidias diabólicas. Y está vestida con una túnica blanca, pero de color un tanto pálido, porque está rodeada de buenas obras en la blancura de la fe; mostrando sin embargo un palidez turbulenta, puesto que siempre tiene suspiros y llanto por la eterna felicidad. Pero el que en su brazo derecho lleve una cruz con la imagen del Salvador inclinando Su cabeza sobre ella, esto es que en la derecha, esto es en la parte recta de su fuerte obra, abraza la pasión de mi Hijo anhelando con todo el deseo de su intención, e inclinándose hacia Él, imitándolo en los dolores y penurias, como también demuestra en sus predichas palabras de su exhortación.

Unde etiam vides quod omnes praedictae imagines singula verba sua per mysterium Dei dicunt ad admonitionem hominum, quia in omnibus virtutibus dulcissima suavitate pietas Dei docet, exhortando mentes populorum ut dimittant malum, erigentes se ad bonum. Qui autem acutas aures interioris intellectus habet, hic in ardenti amore speculi mei ad verba haec anhelet, et ea in conscientia animi sui conscribat. VISIO QUARTA.

SUMMARIUM. Cum austeritas legis aulcorata est in incarnatione Verbi Dei: potentes se ostenderunt, et justitia Dei palam facta est. Quod patriarchae in mysterio signabant legem vicinam esse. Quod fortitudini Dei nulla superbia resistere potest. Quod justitia Dei metuenda est et altitudo omnes creaturas excellit. Quod Verbum Dei tria acumina incidentia habet, antiquam legem et novam gratiam et expositores divinorum librorum. De initiali cognitione divina legis et de operatione Evangelii et exquisita sapientia principalium magistrorum. Quod ab initio legis tempora patriarcharum et prophetarum, extendit Deus usque ad manifestationem Filii sui. Quod patriarchae et prophetae evangelicam doctrinam venerantes, de incarnatione Filii Dei admirali sunt. Quod Verbum Dei per typum praefigurationis latuit in animabus antiquorum a primo electo usque ad ultimum. Quod doctrina Filii egreditur a Patre et revertitur ad Patrem diffundens se in fructum benedictionis sic perveniens ad Ecclesiae doctores. Quod praedicante Christo facti sunt apostoli, martyres, et alii electi. Diffuso Evangelio extensa est in hominibus sapientia divinae Scripturae, quae in initio minoris studii erat, et in fine debilis refrigescente charitate multorum. Quod homo in principio boni operis debet esse timidus, in medio fortis et constans, in ultimo humilis. Quod mysteria Filii Dei in profundissimo secreto Patris in Veteri et in Novo Testamento edita, gratia sancti Spiritus declarata sunt, quando cinereo homini nonnisi in umbratione ostenditur. De scientia Dei et statu ejus quid significet. Quod angeli circa eam sunt et cur alati sunt. De iis qui dicuntur compulsae oves. Quod Deus quosdam leniore, quosaam fortiore flagello, quosdam maxima aerumna mentis et corporis constringit. Exemplum de Pharaone, et Moyse, et Aaron ad eamdem rem. De modis castigationum et Dei consolationum vias hominum inspicientis. Verba sapientiae Salomonis. Quare scientia Dei inspiciat homines nova veste indutos.

De donde también ves que todas las predichas imágenes dicen sus sendas palabras por el misterio de Dios para la amonestación de los hombres, porque en todas las virtudes con dulcísima suavidad la piedad de Dios enseña, exhortando a las mentes de los pueblos a que dejen el mal, erigiéndose hacia el bien. Pero quien tiene oídos agudos del intelecto interior, este anhele estas palabras en el ardiente amor de mi espejo, y las escriba en la conciencia de su ánimo. VISIÓN CUARTA.

SUMARIO. Cuando la austeridad de la ley fue endulzada en la encarnación del Verbo de Dios: los poderosos se mostraron, y la justicia de Dios fue hecha manifiesta. Que los patriarcas en misterio significaban que la ley estaba cerca. Que ninguna soberbia puede resistir a la fortaleza de Dios. Que la justicia de Dios es de temer y su altura sobresale a todas las criaturas. Que el Verbo de Dios tiene tres puntas incidentes: la antigua ley, la nueva gracia, y los expositores de los libros divinos. Sobre el conocimiento divino inicial de la ley y sobre la operación del Evangelio y la exquisita sabiduría de los maestros principales. Que desde el inicio de la ley, Dios extendió los tiempos de los patriarcas y profetas hasta la manifestación de Su Hijo. Que los patriarcas y profetas, venerando la doctrina evangélica, se maravillaron de la encarnación del Hijo de Dios. Que el Verbo de Dios, a través del tipo de la prefiguración, yació oculto en las almas de los antiguos desde el primer elegido hasta el último. Que la doctrina del Hijo sale del Padre y vuelve al Padre, difundiéndose en el fruto de la bendición, llegando así a los doctores de la Iglesia. Que, predicando Cristo, se hicieron apóstoles, mártires y otros elegidos. Difundido el Evangelio, se extendió en los hombres la sabiduría de la divina Escritura, la cual en el inicio era de menor estudio, y al final débil al enfriarse la caridad de muchos. Que el hombre en el principio de la buena obra debe ser temeroso, en el medio fuerte y constante, en lo último humilde. Que los misterios del Hijo de Dios, editados en el profundísimo secreto del Padre en el Antiguo y en el Nuevo Testamento, fueron declarados por la gracia del Espíritu Santo, cuando al hombre ceniciento (cinereo homini) no se le muestra sino en sombreado. Sobre el conocimiento divino de Dios y lo que significa su estado. Que los ángeles están alrededor de ella y por qué tienen alas. Sobre aquellos que son llamados ovejas compelidas. Que Dios constriñe a unos con un azote más leve, a otros con uno más fuerte, y a otros con la máxima penuria de mente y cuerpo. Ejemplo de Faraón, de mi Moisés y de Aarón para la misma cosa. Sobre los modos de las castigaciones y de las consolaciones de Dios que inspecciona las vías de los hombres. Palabras de la sabiduría de Salomón. Por qué la ciencia de Dios inspecciona a los hombres vestidos con una nueva vestidura.

Et deinde ultra praedictam turrim praecursus voluntatis Dei, sed cubito uno infra angulum qui respicit ad septentrionem vidi quasi columnam calybei coloris praefatae lucidae parti muri ejusdem aedificii exterius appositam, valde terribilem aspectu, tantaeque magnitudinis ac altitudinis ut mensuram ejus nullo modo discernere possem. Et illa columna tres angulos habebat ab imo usque ad summum quasi gladium acutos, quorum primus respiciebat ad orientem, secundus autem ad septentrionem, et tertius ad meridiem, exterius ipsi aedificio aliquantulum conjunctus. Ex angulo autem qui respiciebat ad orientem procedebant rami a radice usque ad cacumen ejus, juxta cujus radicem vidi in primo ramo Abraham sedentem, in secundo vero Moysen, in tertio Josue, ac deinde reliquos patriarchas et prophetas ita sursum singulos in singulis ramis ordinate sedentes: secundum tempus quo in hoc saeculo sibi invicem successerant, qui se omnes convertebant ad angulum ejusdem columnae qui respiciebat ad septentrionem, admirantes ea quae in spiritu futura viderunt in ipsa. Sed inter hos duos angulos unum scilicet vergentem ad orientem et alterum ad septentrionem, erat ante facies ipsorum patriarcharum et prophetarum illa columna ab imo usque ad summum quasi tornatilis et rotunda, plenaque rugarum, ut de arboris cortice solet germen pullulare. A secundo vero angulo respiciente ad septentrionem exivit splendor mirae claritudinis se extendens et reflectens ad angulum qui respiciebat ad meridiem. Et in illo splendore in tam magnam latitudinem se diffundente, conspexi apostolos, martyres, confessores et virgines, atque alios plurimos sanctos, in magno gaudio ambulantes. Tertius vero angulus qui respiciebat ad meridiem, erat in medio latus et extentus; in imo autem et in summitate aliquantulum gracilior et constrictus, secundum modum arcus qui extenditur ad sagittas jaciendas. In cacumine autem ipsius columnae vidi tantam claritatem luminis ut humana lingua effari non possit; in qua apparuit columba habens in ore suo radium aurei coloris, multo fulgore columnam illam irradiantem. Cumque illuc aspicerem audivi vocem de coelo, magno terrore me redarguentem et dicentem: Quod vides, divinum est. Ex qua voce ita contremui, ut amplius illuc aspicere non auderem. Vidi etiam tunc intra praedictum aedificium velut quamdam imaginem coram hac eadem columna super pavimentum illius aedificii stantem, et aliquando ipsam columnam, aliquando etiam homines illos qui in ipso aedificio discurrebant inspicientem; illa autem imago tanti fulgoris et claritatis erat, ut prae nimio splendore qui in ipsa lucebat, nec faciem ejus, nec vestimenta quibus induebatur considerare valerem, excepto quod tantum ut caeterae virtutes in forma hominis apparuit.

Y luego, más allá de la predicha torre del precursor de la voluntad de Dios, pero un codo por debajo del ángulo que mira al norte, vi como una columna de color de acero situada exteriormente junto a la predicha parte lúcida del muro del mismo edificio, muy terrible de aspecto, y de tanta magnitud y altura que de ningún modo podía discernir su medida. Y aquella columna tenía tres ángulos desde abajo hasta arriba, agudos como una espada, de los cuales el primero miraba al oriente, el segundo al norte, y el tercero al mediodía, un tanto unido por fuera al mismo edificio. Del ángulo que miraba al oriente procedían ramas desde la raíz hasta su cima, junto a cuya raíz vi en la primera rama a Abraham sentado, en la segunda a Moisés, en la tercera a Josué, y luego a los restantes patriarcas y profetas sentados así arriba ordenadamente cada uno en sus ramas: según el tiempo en que se habían sucedido unos a otros en este siglo, quienes se volvían todos hacia el ángulo de la misma columna que miraba al norte, admirando las cosas que en espíritu vieron que habrían de ser en ella. Pero entre estos dos ángulos, a saber, el que tendía al oriente y el otro al norte, estaba ante las faces de los mismos patriarcas y profetas aquella columna desde abajo hasta arriba como torneada y redonda, y llena de arrugas, como suele brotar el germen de la corteza de un árbol. Del segundo ángulo que miraba al norte salió un esplendor de maravillosa claridad, extendiéndose y reflejándose hacia el ángulo que miraba al mediodía. Y en aquel esplendor que se difundía en tan gran latitud, divisé a apóstoles, mártires, confesores y vírgenes, y a otros muchos santos, caminando con gran gozo. El tercer ángulo, que miraba al mediodía, era en medio ancho y extendido; pero abajo y en la cumbre un tanto más grácil y constreñido, según el modo de un arco que se extiende para lanzar saetas. En la cima de la misma columna vi tanta claridad de luz que la lengua humana no puede expresar; en la cual apareció una paloma que tenía en su pico un rayo de color áureo, irradiando aquella columna con mucho fulgor. Y cuando miraba hacia allá oí una voz del cielo, que con gran terror me redargüía y decía: "Lo que ves es divino". Por cuya voz me estremecí tanto que no me atreví a mirar más hacia allá. Vi también entonces dentro del predicho edificio como una cierta imagen de pie ante esta misma columna sobre el pavimento de aquel edificio, y mirando a veces a la columna misma, y a veces también a aquellos hombres que discurrían por el mismo edificio; pero aquella imagen era de tanto fulgor y claridad que, por el excesivo esplendor que en ella lucía, no podía considerar ni su cara ni las vestiduras con que se vestía, excepto que solo apareció en forma de hombre como las otras virtudes.

Et circa eam conspexi pulcherrimam multitudinem, angelicam formam et alas habentem et in tanta veneratione stantem, ut et eam timerent ac diligerent. Sed ante faciem ejus vidi aliam multitudinem in humana forma, tenebrosa veste apparentem, atque in multa constrictione timoris stantem. Et praedicta imago inspexit homines illos qui de mundo venientes in eodem aedificio nova veste induebantur, dicens unicuique eorum: Considera indumentum quod induisti, et noli oblivisci Creatoris tui qui te creavit. Cumque haec admirarer, ille qui sedebat in throno, iterum mihi dicebat: Verbum Dei per quod omnia facta sunt, ipsum ante tempora ex corde Patris genitum, sed post in fine temporum ut veteres sancti praedixerunt ex virgine incarnatum, quamvis humanitatem assumpserit, divinitatem tamen non deseruit, sed cum Patre et Spiritu sancto unus et verus Deus existens, mundum sua dulcedine dulcoravit, ac cum suae claritatis fulgore illustravit. Quapropter et haec columna quam ultra praedictam turrim praecursus voluntatis Dei vides, designat ineffabile mysterium Verbi Dei, quia in vero Verbo, id est in Filio Dei, impleta est omnis justitia Novi et Veteris Testamenti, quae fideliter credentibus hominibus enucleata sunt per divinam inspirationem ad salutem ipsorum, cum idem Filius superni Patris ex suavissima Virgine incarnari dignatus est, quia postquam per praecursum voluntatis Dei in initio circumcisionis se potentes virtutes ostenderunt; tunc etiam declaratum est in stricta justitia mysterium Verbi Dei, insinuatum videlicet per sonum patriarcharum et prophetarum, qui praedixerunt ipsum cum omni justitia manifestandum, et cum omnibus administrationibus, Deo subjectis, atque cum maxima austeritate quae tetigit incidentem justitiam Dei, nullam injustitiam dimittentem illaesam, quin abscindat eam in legalibus praeceptis.

Sed cubito uno infra angulum qui respicit ad septentrionem stantem, quod est in humano et singulari cursu praecellens vicinitas, quae fuit de patriarchis loquentibus strictam justitiam ejusdem Verbi Dei in significationibus suis usque ad legem quasi in septentrionali parte diabolo repugnantem. Unde et calybaei coloris est praefatae lucidae parti muri illius aedificii exterius appositam, quia invicta ac insuperabilis est fortitudo verbi Dei, cui nullus resistere valet per inanem rebellionem aut per vilem superbiam, ita quod etiam speculativae scientiae per munitiones et actiones justitiae, id est antiqui patres quasi exterius conjuncti erant: nondum infixi ignito et perfecto operi se in Filio Dei erigenti, quod ipsi tantum in exteriore sono verborum suorum praemonstrabant.

Y alrededor de ella divisé una hermosísima multitud, que tenía forma angélica y alas, y que estaba en tanta veneración que tanto la temían como la amaban. Pero ante su faz vi otra multitud en forma humana, apareciendo con vestidura tenebrosa, y estando en mucha constricción de miedo. Y la predicha imagen inspeccionó a aquellos hombres que, viniendo del mundo, se vestían con una nueva vestidura en el mismo edificio, diciendo a cada uno de ellos: "Considera el indumento con que te has vestido, y no olvides a tu Creador que te creó". Y cuando admiraba estas cosas, aquel que estaba sentado en el trono me decía de nuevo: "El Verbo de Dios por quien todas las cosas fueron hechas, Él mismo engendrado antes de los tiempos del corazón del Padre, pero después, al fin de los tiempos, como los antiguos santos predijeron, encarnado de una virgen, aunque asumió la humanidad, sin embargo no desertó la divinidad, sino que, existiendo con el Padre y el Espíritu Santo un solo y verdadero Dios, endulzó el mundo con Su dulzura, y lo ilustró con el fulgor de Su claridad." Por lo cual también esta columna que ves más allá de la predicha torre del precursor de la voluntad de Dios, designa el inefable misterio del Verbo de Dios, porque en el verdadero Verbo, esto es, en el Hijo de Dios, se ha cumplido toda la justicia del Nuevo y del Antiguo Testamento, las cuales han sido explicadas a los hombres que creen fielmente por la inspiración divina para la salud de ellos, cuando el mismo Hijo del Padre superno se dignó encarnarse de la dulcísima Virgen, porque después que, por el precursor de la voluntad de Dios en el inicio de la circuncisión, se mostraron las potentes virtudes; entonces también fue declarado en estricta justicia el misterio del Verbo de Dios, insinuado a saber por el sonido de los patriarcas y profetas, que predijeron que Él se manifestaría con toda justicia, y con todas las administraciones sujetas a Dios, y con la máxima austeridad que tocó la justicia incidente de Dios, no dejando ninguna injusticia ilesa, sin cortarla en los preceptos legales."

Pero estando un codo por debajo del ángulo que mira al norte, lo cual es en el curso humano y singular una vecindad excelente, la cual fue de los patriarcas hablando la estricta justicia del mismo Verbo de Dios en sus significaciones hasta la ley, como en la parte septentrional repugnando al diablo. Por lo cual también es de color de acero situada exteriormente junto a la predicha parte lúcida del muro de aquel edificio, porque invicta e insuperable es la fortaleza del Verbo de Dios, a la cual nadie puede resistir por inane rebelión o por vil soberbia, de modo que incluso a la ciencia especulativa, por las municiones y acciones de la justicia, esto es, los antiguos padres estaban como exteriormente conjuntos: no todavía fijados en la ígnea y perfecta obra que se erige en el Hijo de Dios, la cual ellos mismos solo premostraban en el exterior sonido de sus palabras.

Est quoque valde terribilis aspectu, quoniam justitia in verbo Dei metuenda est humanae scientiae in impio judicio injustorum judicum secundum se ipsos solummodo judicantium. Tantae est etiam magnitudinis ac altitudinis, ut mensuram ejus nullo modo discernere possis, quia ipsum Verbum Filius scilicet Dei in magnitudine gloriae suae, et in altitudine divinitatis suae omnes creaturas superexcellit in paterna majestate, ita ut hoc nullus hominum in corruptibili carne id ad perfectum possit considerare.

Quod autem eadem columna tres angulos habet ab imo usque ad summum instar gladii acutos, hoc est quod circuiens et volubilis in gratia fortitudo Verbi Dei quam Vetus Testamentum praesignavit in Novo declarandam manifestavit per Spiritum sanctum, tria incidentia acumina, id est antiquam legem et novam gratiam atque enucleationem fidelium doctorum in quibus factus homo quod justum est operatur, ab initio videlicet inceptionis suae ut in imo cum bonum incipit, ita sursum tendens ad perfectum quasi ad summum cum hoc consumat; quia omne quod justum est, fuit et est, et permanet in aeternum in simplicissima deitate quae omnia penetrat, ita quod nulla potestas potest constare in malitia sua, quam vult devincere pietatis ejus gloria.

Et primus angulus respicit ad orientem, qui est primus ortus inceptionis cognoscere Deum in divina lege, ante perfectum diem omnis justitiae. Secundus autem ad septentrionem, quoniam post inceptionem bonae et institutae operationis, Evangelium Filii mei et alia praecepta in me Patre surrexerunt contra partem aquilonis, ubi omnis injustitia orta est. Tertius vero ad meridiem exterius ipsi aedificio aliquantulum conjunctus, qui est roboratis operibus justitiae profunda et exquisita sapientia principalium magistrorum per calorem Spiritus sancti qui obscura in lege et prophetis apparuerunt, et qui in Evangeliis ostenderunt germen quod fructuosum fecerunt ad intelligendum, tam gentes exteriorem materiam Scripturarum in opere bonitatis Patris, et suaviter ruminantes in ea mysticam significationem.

Quod autem ex angulo qui respicit ad orientem, procedunt rami a radice usque ad cacumen ejus: hoc est quod in ortu cognitionis Dei per legem justitiae, quasi in angulo orientali apparuerunt rami, tempore scilicet patriarcharum et prophetarum, quia illa acuta columna divinitatis, haec omnia extendit ab initio radicis, id est bonae inceptionis in mentibus electorum suorum usque ad cacumen ejus: quod est usque ad manifestationem Filii hominis, qui omnis justitia est.

Es también muy terrible de aspecto, puesto que la justicia en el Verbo de Dios es de temer para la ciencia humana en el impío juicio de los injustos jueces que juzgan según ellos mismos solamente. Es también de tanta magnitud y altura que de ningún modo puedes discernir su medida, porque el mismo Verbo, a saber, el Hijo de Dios, en la magnitud de Su gloria y en la altura de Su divinidad, sobrepasa a todas las criaturas en la majestad paterna, de modo que nadie entre los hombres en carne corruptible puede considerar esto hasta la perfección.

Pero que la misma columna tenga tres ángulos desde abajo hasta arriba, agudos a modo de espada, esto es que la fortaleza del Verbo de Dios, circundante y voluble en la gracia, que el Antiguo Testamento presignificó para ser declarada en el Nuevo, manifestó por el Espíritu Santo tres puntas incidentes, esto es, la antigua ley y la nueva gracia y la explicación de los doctores fieles en las cuales el hombre hecho opera lo que es justo, a saber, desde el inicio de su incepción como en lo ínfimo cuando comienza el bien, tendiendo así hacia arriba hasta lo perfecto como hacia lo sumo cuando esto consuma; porque todo lo que es justo, fue y es, y permanece eternamente en la simplicísima deidad que todo lo penetra, de modo que ninguna potestad puede constar en su malicia, la cual quiere vencer la gloria de Su piedad.

Y el primer ángulo mira al oriente, que es el primer orto de la incepción de conocer a Dios en la divina ley, antes del día perfecto de toda justicia. Pero el segundo hacia el norte, puesto que tras la incepción de la buena e instituida operación, el Evangelio de mi Hijo y otros preceptos en Mí, el Padre, surgieron contra la parte del aquilón, donde toda injusticia ha nacido. El tercero, en cambio, hacia el mediodía, un tanto unido por fuera al mismo edificio, que es, en las robustecidas obras de la justicia, la profunda y exquisita sabiduría de los maestros principales por el calor del Espíritu Santo, que aparecieron en las cosas oscuras en la ley y los profetas, y que en los Evangelios mostraron el germen que hicieron fructuoso para entender, tanto las naciones la materia exterior de las Escrituras en la obra de la bondad del Padre, y rumiando dulcemente en ella la significación mística.

Pero que del ángulo que mira al oriente procedan ramas desde la raíz hasta su cima: esto es que en el orto del conocimiento de Dios por la ley de la justicia, como en el ángulo oriental, aparecieron ramas, a saber, en el tiempo de los patriarcas y profetas, porque aquella aguda columna de la divinidad extendió todas estas cosas desde el inicio de la raíz, esto es, de la buena incepción en las mentes de sus elegidos, hasta su cima: que es hasta la manifestación del Hijo del Hombre, que es toda justicia.

Unde etiam juxta radicem ejus vides in primo ramo Abraham sedentem, quia per omnia subeuntem divinitatem exspirabatur hoc tempus quod primitus ortum est in Abraham, cum quieta mente reliquit patriam suam obediens Deo. In secundo vero Mosen, quoniam deinde plantatio surrexit inspiratione Dei in initio datae legis per ipsum Mosen in praefiguratione Filii Altissimi, et in tertio Josue, quia ipse postmodum habuit spiritum hunc a Deo, ut consuetudinem legis Dei confirmaret robustiorem in praecepto divino. Ac deinde vides reliquos patriarchas et prophetas ita sursum singulos in singulis ramis ordinate sedentes, secundum tempus quo in hoc saeculo sibi invicem successerunt, quoniam in unoquoque tempore subsequentium patriarcharum et prophetarum inspiravit Deus desuper ad altitudinem praeceptorum suorum uniuscujusque singulare germen, cum ipsi in diebus suis disposite et ordinate in ostensa sibi justitia quiescebant, divinae majestati fideliter subjecti, ut in temporibus suis venientes erant.

Et hi omnes convertunt se ad angulum columnae qui respicit ad septentrionem, admirantes ea quae in spiritu futura vident in ipsa quia omnes admoniti spiritu, per Spiritum sanctum se verterunt et viderunt ad evangelicam doctrinam fortitudinis Filii Dei diabolo repugnantis, de incarnatione ejus loquentes, et admirantes quod ipse veniens ex corde Patris et de utero Virginis in magnis mirabilibus se ostendit in suo opere et sequentium qui ipsum in nova gratia mirabiliter imitantes caduca conculcabunt, et ad aeternorum gaudia fortiter anhelabunt. Sed quod inter hos duos angulos (unum scilicet vergentem ad orientem et alterum ad septentrionem) ante faciem ipsorum patriarcharum et prophetarum est columna illa ab imo usque ad summum quasi tornatilis et rotunda, plenaque rugarum ut de arboris cortice solet germen pullulare: hoc est quod inter binas summitates, videlicet inter manifestam cognitionem meam et subsequentem doctrinam Filii mei, latuit per typum praefigurationis in animabus antiquorum patrum in legibus meis commorantium, unicum Verbum qui est Filius meus a primo electo usque ad ultimum sanctum; in mystica coronatura circumornatus, quia ipse omnia instrumenta sua bene composuit ac limavit, scilicet per nobilem gratiam omnibus se pium manifestans, ut praefigurabatur in rugis circumcisionis, quae fuit umbra futurorum in appositis significationibus per austeritatem legis in se habentis rectissimum germen latens, summae et sanctissimae incarnationis.

Por lo cual también junto a su raíz ves en la primera rama a Abraham sentado, porque, penetrando la divinidad por todas las cosas, se inspiraba este tiempo que primeramente nació en Abraham, cuando con mente quieta dejó su patria obedeciendo a Dios. En la segunda a Moisés, puesto que luego surgió la plantación por inspiración de Dios en el inicio de la ley dada por el mismo Moisés en la prefiguración del Hijo del Altísimo, y en la tercera a Josué, porque él tuvo después este espíritu de Dios, para que confirmara la costumbre de la ley de Dios más robusta en el precepto divino. Y luego ves a los restantes patriarcas y profetas sentados así arriba ordenadamente cada uno en sus ramas, según el tiempo en que se sucedieron unos a otros en este siglo, puesto que en cada tiempo de los subsiguientes patriarcas y profetas Dios inspiró desde lo alto, para la altura de sus preceptos, el germen singular de cada uno, cuando ellos en sus días descansaban dispuesta y ordenadamente en la justicia que se les mostraba, fielmente sujetos a la majestad divina, tal como venían en sus tiempos.

Y todos estos se vuelven hacia el ángulo de la columna que mira al norte, admirando las cosas que en espíritu ven que han de ser en ella: porque todos, amonestados por el espíritu, por el Espíritu Santo se volvieron y miraron hacia la doctrina evangélica de la fortaleza del Hijo de Dios que repugna al diablo, hablando de Su encarnación y admirando que Él, viniendo del corazón del Padre y del útero de la Virgen, se mostró con grandes maravillas en Su obra y en la de los seguidores que, imitándolo maravillosamente en la nueva gracia, pisotearán las cosas caducas y anhelarán fuertemente los gozos de las eternas. Pero que entre estos dos ángulos (uno a saber que tiende al oriente y el otro al norte), ante la faz de los mismos patriarcas y profetas, esté aquella columna desde abajo hasta arriba como torneada y redonda, y llena de arrugas como suele brotar el germen de la corteza de un árbol: esto es que entre ambas cumbres, a saber, entre mi manifiesto conocimiento y la subsiguiente doctrina de mi Hijo, latió por tipo de prefiguración en las almas de los antiguos padres que moraban en mis leyes, el único Verbo que es mi Hijo, desde el primer elegido hasta el último santo; circundado en mística coronación, porque Él mismo compuso bien y limó todos sus instrumentos, a saber, manifestándose piadoso a todos por la noble gracia, como se prefiguraba en las arrugas de la circuncisión, que fue sombra de las cosas futuras en las significaciones aplicadas por la austeridad de la ley que tenía en sí el rectísimo germen latente de la suma y santísima encarnación.

Quod vero a secundo angulo respiciente ad septentrionem exit splendor mirae claritatis se extendens ac reflectens ad angulum qui respicit ad meridiem, hoc est quod ab altero, Novo scilicet Testamento diabolo opposito, exeunt verba Filii mei quae egrediuntur de me et revertuntur ad me; quia micante sole in carne, qui est Filius meus, fulget lumen sancti Evangelii in praedicatione ejus, ab ipso et a discipulis ejus se diffundens in fructum benedictionis, et se retorquens in fontem salvationis, sic perveniens usque ad rectores, videlicet ad profundos scrutatores verborum Veteris et Novi Testamenti, ostendentes quod sapientia erecta est in ipso sole mundum illustrante, qui in suo latere valde ardet, velut meridies in electis suis.

Et in eodem splendore in tam magnam latitudinem se diffundente, conspicis apostolos, martyres, confessores, virgines atque alios plurimos sanctos in magno gaudio deambulantes; quia in perspicuo lumine, dum Filius meus fuit praedicans et dilatans lumen veritatis, facti sunt apostoli administratores veri luminis, et martyres robusti milites sanguinem suum fideliter fundentes et confessores officiosi post Filium meum, ac virgines supernum germen sequentes, atque alii electi mei laetantes in fonte laetitiae et in fonte salutis, dum Spiritus sanctus eos perfundit, ita ut sint flagrantes et manantes de virtute in virtutem. Sed quod tertius angulus qui respicit ad meridiem est in medio latus et extentus, in imo autem et in summitate aliquantulum gracilior et constrictus secundum modum arcus qui extenditur ad sagittas jaciendas, hoc est diffuso Evangelio ardens in fervore Spiritus sancti, illa sapientia sanctorum, quam in profunditate quaerebant, ut per eam reperirent typicum germen profunditatis, scilicet quod eis esset intelligendum in verbo Dei; ipsa immediata, videlicet lata, quia confortata et roborata fide in populo Christiano, quasi in medio erat latus sensus exiens de animabus sanctorum doctorum, qui profundam asperitatem Scripturarum scrutantes, protulerunt eam in scientiam multorum qui ab eis discebant, ita quod dilatabant sensum suum in extensione sapientiae et scientiae divinae Scripturae, quae in initio quasi in imo ecclesiasticae institutionis erat adhuc gracilioris et minoris studii, quia populi nondum eam amplectebantur tali amore, ut postmodum fecerunt, cum etiam in fine saeculi ut in summitate ejus, refrigescent studia multorum, ita quod eis divina scientia non erit amabilis in amore operis, sed abscondent sibi ipsis conscientiam suam, quasi non sit eis mutandum bonum in opere, illud tantum exterius ut in somno cognoscentes.

Pero que del segundo ángulo que mira al norte salga un esplendor de maravillosa claridad, extendiéndose y reflejándose hacia el ángulo que mira al mediodía, esto es que del otro, a saber, el Nuevo Testamento opuesto al diablo, salen las palabras de mi Hijo que proceden de Mí y vuelven a Mí; porque al brillar el sol en la carne, que es mi Hijo, fulgura la luz del santo Evangelio en Su predicación, difundiéndose desde Él y desde sus discípulos en el fruto de la benedición, y retornando a la fuente de la salvación, llegando así hasta los rectores, a saber, a los profundos escrutadores de las palabras del Antiguo y del Nuevo Testamento, mostrando que la sabiduría se ha erguido en el mismo sol que ilustra al mundo, el cual en su costado arde mucho, como el mediodía en sus elegidos.

Y en el mismo esplendor que se difunde en tan gran latitud, contemplas a apóstoles, mártires, confesores, vírgenes y a otros muchos santos caminando con gran gozo; porque en la clara luz, mientras mi Hijo estuvo predicando y dilatando la luz de la verdad, se hicieron los apóstoles administradores de la verdadera luz, y los mártires robustos soldados derramando fielmente su sangre, y los confesores diligentes tras mi Hijo, y las vírgenes siguiendo el germen superno, y otros elegidos míos alegrándose en la fuente de la alegría y en la fuente de la salud, mientras el Espíritu Santo los rocía, de modo que sean fragantes y fluyan de virtud en virtud. Pero que el tercer ángulo que mira al mediodía sea en medio ancho y extendido, pero abajo y en la cumbre un tanto más grácil y constreñido según el modo de un arco que se extiende para lanzar saetas, esto es, difundido el Evangelio ardiendo en el fervor del Espíritu Santo, aquella sabiduría de los santos que buscaban en la profundidad, para que por ella hallaran el germen típico de la profundidad, a saber, lo que ellos debían entender en el verbo de Dios; ella misma inmediata, a saber, ancha, porque confortada y robustecida por la fe en el pueblo cristiano, estaba como en medio el ancho sentido saliendo de las almas de los santos doctores, quienes escrutando la profunda aspereza de las Escrituras, la sacaron al conocimiento de muchos que de ellos aprendían, de modo que dilataban su sentido en la extensión de la sabiduría y ciencia de la divina Escritura, la cual en el inicio como en lo ínfimo de la institución eclesiástica era todavía de más grácil y menor estudio, porque los pueblos todavía no la abrazaban con tal amor como después hicieron, ya que también al fin del siglo como en su cumbre, se enfriarán los estudios de muchos, de modo que la ciencia divina no les será amable en el amor de la obra, sino que esconderán para sí mismos su propia conciencia, como si no debieran cambiar el bien en obra por ellos, conociéndolo solo exteriormente como en sueños.

Et ideo est iste angulus in medio sui latissimus in asperitate, quoniam aspera opera cultus Dei denudata ab obumbratione Veteris Testamenti, erant a constrictiore initio suo se protendentes, quasi ad medium sui, quae sunt fortissimae virtutes in altiori studio, cum populus velocior fuit, contra iniquitatem diabolum scilicet in verbis quae Dei sunt, et ejicere atque conculcare omnia vitia ejus cum magna austeritate justitiae Dei, ipse tamen sic tandem descendens, in oblivione sui, et constrictior existens in fervore Spiritus sancti circa finem mundi; ita videlicet extensus ut cum nervo lignum extenditur ad bellum, quia in anima et corpore se homo debet erigere contra vitia, ex utraque parte sui constrictior et in medio largior, ut in primo et in ultimo opere suo circumspectus sit magno timore et humilitate et in medio fortis ac constans emittere jacula bonorum operum per donum Spiritus sancti adversus insidias diaboli. Nam in inceptione boni est homo gracilioris virtutis, in prosecutione autem operationis suae cum bonum operatur, est robustioris fortitudinis, quoniam Spiritus sanctus eum pertransivit infusione sua, in qua tamen operante virtute frequens esse non potest. Unde iterum constrictioris erit virtutis, quasi in fine operis per fragilitatem carnis suae. Sic semper extendi debet arcus se munientis contra vitia diabolica.

Quod autem in cacumine ejusdem columnae vides tantam claritatem luminis ut humana lingua effari non possit, hoc est quod coelestis Pater in altissimo et in profundissimo secreto suo edidit mysteria Filii sui, qui in eodem Patre suo fulget clarissima coruscatione, in qua prolata est omnis justitia, et in legali propositione et in Novo Testamento quod est maxima claritas lucentis sapientiae, ita ut non sit possibile ulli terreno homini hoc aliquo sermone proferre, dum est in corruptibili carne. Et in eadem claritate apparens columba habens in ore suo radium aurei coloris multo fulgore columnam illam irradiantem, est in coruscatione luminis Filii Dei in corde Patris fulgentis, igneus Spiritus sanctus, per quem declarata sunt mysteria ipsius altissimi Filii Dei ex summa altitudine venientis pro redemptione populi, ab antiquo serpente seducti.

Y por eso este ángulo es en su medio anchísimo en la aspereza, puesto que las ásperas obras del culto de Dios denudadas del sombreado del Antiguo Testamento, se extendían desde su inicio más constreñido, como hacia su medio, que son las fortísimas virtudes en un estudio más alto, cuando el pueblo fue más veloz contra la iniquidad, a saber, el diablo, en las palabras que son de Dios, y para expulsar y pisotear todos sus vicios con gran austeridad de la justicia de Dios, descendiendo sin embargo así finalmente, en el olvido de sí, y existiendo más constreñido en el fervor del Espíritu Santo hacia el fin del mundo; de tal modo extendido como con la cuerda se extiende la madera para la guerra, porque en alma y cuerpo el hombre debe erigirse contra los vicios, más constreñido por cada parte de sí y más largo en medio, para que en su primera y en su última obra sea circunspecto con gran miedo y humildad y en medio fuerte y constante para emitir los dardos de las buenas obras por el don del Espíritu Santo contra las insidias del diablo. Pues en la incepción del bien el hombre es de más grácil virtud, pero en la prosecución de su operación cuando opera el bien, es de más robusta fortaleza, puesto que el Espíritu Santo lo traspasó con Su infusión, en la cual sin embargo no puede ser frecuente en la virtud operante. De donde de nuevo será de virtud más constreñida, como al fin de la obra por la fragilidad de su carne. Así siempre debe extenderse el arco de quien se municiona contra los vicios diabólicos.

Pero que en la cima de la misma columna veas tanta claridad de luz que la lengua humana no pueda expresar, esto es que el Padre celestial, en su más alto y más profundo secreto, publicó los misterios de su Hijo, que brilla en el mismo Padre suyo con clarísima coruscación, en la cual fue proferida toda justicia, tanto en la proposición legal como en el Nuevo Testamento, que es la máxima claridad de la sabiduría luciente, de modo que no es posible a ningún hombre terreno proferir esto con discurso alguno mientras está en la carne corruptible. Y en la misma claridad, la paloma que aparece teniendo en su pico un rayo de color áureo irradiando aquella columna con mucho fulgor, es, en la coruscación de la luz del Hijo de Dios que brilla en el corazón del Padre, el ígneo Espíritu Santo, por quien fueron declarados los misterios del mismo altísimo Hijo de Dios que viene de la suma altura para la redención del pueblo seducido por la antigua serpiente.

Unde et idem Spiritus sanctus inspirans omnia legalia praecepta et nova testimonia, dans videlicet legem claritatis mysterii sui ante incarnationem Domini, atque in eadem claritate virtutem suam ostendens in incarnationem ejusdem Filii Dei; habet in profundissima inspiratione sua aureum splendorem, scilicet eximiam et excellentissimam illuminationem unctionis suae multa et magna perfusione mystica, secreta ipsius Unigeniti Dei antiquis praeconibus, ut dictum est, aperiens, qui Dei Filium typice ostendebant, et valde mirabatur ineffabiliter exeuntem a Patre, et mirabiliter surgentem in aurora perpetuae Virginis, fortiter etiam exurens textum Veteris Testamenti et Evangelii in spirituale germen, in quo omnis justitia erecta est. Ideoque propter immensam vim divinitatis, non est tibi possibile intueri divinam claritatem, quae a nullo mortali homine poterit videri, nisi ut eam ostendo in obumbratione, cui volo. Quapropter et tu cave ne praesumas temere intendere in id quod divinum est, sicut etiam tremor qui te apprehendit tibi demonstrat.

Sed quod vides intra praedictum aedificium veluti quamdam imaginem coram hac columna super pavimentum ipsius aedificii stantem, hoc est quod intra opus Dei Patris, se virtus haec ostendit declarans mysterium Verbi Dei, quia ipsa aperuit omnem justitiam in civitate Omnipotentis in populo, scilicet Veteris et Novi Testamenti, super pavimentum, id est super cuncta terrena in opere ejusdem pii Patris stans, quoniam omnia terrestria sicut et coelestia in ejus sunt providentia. Quod autem aliquando ipsam columnam aliquando etiam homines illos qui in ipso aedificio discurrunt inspicit, hoc est quod et secretum suum quod protulit vis divinitatis Verbo Dei considerat, et etiam homines qui in bonitate Patris operantur perspiciens, qui se tangunt vel non tangunt in opere, quia novit qualitatem uniuscujusque secundum studium ejus. Eadem autem imago declarat scientiam Dei; quia illa praevidet omnes homines et omnia quae in coelo et in terra sunt, tanti fulgoris et claritatis existens ut prae nimio splendore qui in ipsa luceet, nec faciem ejus nec vestimenta quibus induitur considerare valeas; quoniam ipsa terribilis est in terrore ut fulgur minantis, et lenis in bonitate ut splendor solis: ita quod in terrore et in lenitate sua incomprehensibilis est hominibus, per terribilem fulgorem, divinitatem quasi per faciem ejus, et per claritatem quam habet in se ipsa quasi vestimenta decoris sui, quomodo etiam nec sol considerari potest in ardente facie sua nec in decoro vestitu radiorum suorum.

De donde también el mismo Espíritu Santo, inspirando todos los preceptos legales y los nuevos testimonios, dando a saber la ley de la claridad de su misterio antes de la encarnación del Señor, y en la misma claridad mostrando su virtud en la encarnación del mismo Hijo de Dios, tiene en su profundísima inspiración un esplendor áureo, a saber, la eximia y excelentísima iluminación de su unción con mucha y gran perfusión mística, abriendo los secretos del mismo Unigénito de Dios a los antiguos heraldos, como se ha dicho, que mostraban al Hijo de Dios típicamente, y se maravillaban mucho de Él saliendo inefablemente del Padre, y surgiendo maravillosamente en la aurora de la perpetua Virgen, abrasando también fuertemente el texto del Antiguo Testamento y del Evangelio en germen espiritual, en el cual toda la justicia se ha erguido. Y por tanto, debido a la inmensa fuerza de la divinidad, no te es posible intuir la divina claridad, que por ningún hombre mortal podrá ser vista, sino como yo la muestro en sombreado a quien quiero. Por lo cual también tú, guárdate de presumir temerariamente de intentar entrar en lo que es divino, como también el tremor que te aprehendió te demuestra.

Pero lo que ves dentro del predicho edificio como una cierta imagen de pie ante esta columna sobre el pavimento del mismo edificio, esto es que dentro de la obra de Dios Padre, esta virtud se muestra declarando el misterio del Verbo de Dios, porque ella abrió toda justicia en la ciudad del Omnipotente en el pueblo, a saber, del Antiguo y del Nuevo Testamento, estando sobre el pavimento, esto es, sobre todas las cosas terrenas en la obra del mismo piadoso Padre, puesto que todas las cosas terrestres así como las celestiales están en Su providencia. Pero que a veces inspeccione la columna misma y a veces también a aquellos hombres que discurrían por el mismo edificio, esto es que considera tanto su secreto que profería la fuerza de la divinidad en el Verbo de Dios, como también perspicazmente a los hombres que operan en la bondad del Padre, que se tocan o no se tocan en la obra, porque conoce la calidad de cada uno según su estudio. La misma imagen declara la Ciencia de Dios; porque ella prevé a todos los hombres y todas las cosas que están en el cielo y en la tierra, existiendo de tanto fulgor y claridad que, por el excesivo esplendor que en ella luce, no puedes considerar ni su cara ni las vestiduras con que se viste; puesto que ella es terrible en el terror como el fulgor de quien amenaza, y suave en la bondad como el esplendor del sol: de modo que en su terror y en su suavidad es incomprensible a los hombres, por el terrible fulgor la divinidad como por su cara, y por la claridad que tiene en sí misma como por las vestiduras de su decoro, tal como tampoco el sol puede ser considerado en su ardiente cara ni en el decoroso vestido de sus rayos.

Ipsa est enim apud omnia et in omnibus, ac tantae pulchritudinis in secreto suo; ut a nullo homine sciri possit quanta suavitate toleret homines, et quomodo parcat eis in perspicabili misericordia; quousque durissimus lapis amplius perforari non possit in imperforabili duritia sua, qui est durus et incorrigibilis homo, qui nullatenus vult declinare a malo suo. Sed tamen ut caeterae virtutes, in forma apparet hominis; quia Deus in virtute bonitatis suae fecit hominem, rationalitate et scientia ac intellectu profundissime adornatum, ut eum intima dilectione diligens et maxima devotione colens spernat figmenta daemoniorum; eum praecipue amans, qui illi tantum et talem dedit honorem.

Quod vero circa eamdem imaginem conspicis pulcherrimam multitudinem, angelicam formam et alas habentem, et in tanta veneratione stantem ut et eam timeant ac diligant: hoc est quod ubique scientiam Dei beati et excellentes spiritus in angelica ministratione, per inexplicabilem et purissimam laudem colunt, quod tam digne non potest homo adimplere, cum adhuc in mortali corpore est; ipsi Deum amplectentes in ardore suo, quia lux vivens sunt, et elati: non quod alas habeant ut alia volatilis creatura, sed quod flagrant in sphaeris suis per virtutem Dei, quasi pennati sint. Unde venerantur me Deum verum, persistentes in recto timore et in vera subjectione, scientes judicia mea, atque ardentes in amore meo, quia faciem meam semper aspiciunt, nihil aliud desiderantes neque volentes nisi quod vident placere perspicacibus oculis meis.

Sed quod ante faciem ejus vides aliam multitudinem in humana forma et tenebrosa veste apparentem, atque in multa constrictione timoris stantem, hi sunt in scientia Dei homines existentes. Quomodo? Homo est in conspectu Dei in magno honore, quem praevidet ad se pertinere, illo abjecto qui magis in perditione contendit perdurare quam in Deo esse. Sed homines illi, quos vides in hac multitudine, dicuntur compulsae oves, humanam speciem habentes, propter opera hominum, et umbrosum vestitum quod est dubitatio in operibus peccatorum; in districtione tamen timoris metuente, judicium Dei. Ideo autem compulsae oves nominantur quoniam multis modis compello eos ut ad vitam perveniant per sanguinem Filii mei ereptos a morte Unde et compulsae oves homines sunt illi, qui per multas tribulationes et aerumnas contra voluntatem suam compelluntur a me, ut relinquant iniquitatem suam quam per voluntatem propriae carnis, et per florem juventutis suae tandiu libentissime adimplerent quandiu saeculo adhaererent, sic volentes permanere in ardore libidinis usque dum eos desereret ignis carnis per frigus aetatis suae; quos tamen omnes diversis modis constringo, secundum quod in eis video, ut cessent a peccatis suis.

Pues ella está junto a todas las cosas y en todas las cosas, y es de tanta hermosura en su secreto; que por ningún hombre puede ser sabido con cuánta suavidad tolera a los hombres, y cómo les perdona en la perspicaz misericordia; hasta que la piedra durísima ya no puede ser perforada en su imperforable dureza, que es el hombre duro e incorregible, que de ningún modo quiere declinar de su mal. Pero sin embargo, como las otras virtudes, aparece en forma de hombre; porque Dios en la virtud de Su bondad hizo al hombre, adornado profundísimamente con racionalidad, ciencia e intelecto, para que, amándolo con íntima dilección y cultivándolo con la máxima devoción, desprecie los figmentos de los demonios; amándolo especialmente a Él, que le dio tanto y tal honor.

Pero que alrededor de la misma imagen divises una hermosísima multitud, que tiene forma angélica y alas, y que está en tanta veneración que tanto la temen como la amaban: esto es que por todas partes los espíritus bienaventurados y excelentes en la administración angélica, por la inexplicable y purísima alabanza, cultivan la Ciencia de Dios, lo cual el hombre no puede cumplir tan dignamente mientras está todavía en el cuerpo mortal; ellos mismos abrazando a Dios en su ardor, porque son luz viviente, y elevados: no porque tengan alas como otra criatura volátil, sino porque arden en sus esferas por la virtud de Dios, como si fueran alados. Por lo cual me veneran a Mí, Dios verdadero, persistiendo en el recto temor y en la verdadera sujeción, conociendo mis juicios y ardiendo en mi amor, porque siempre miran mi faz, no deseando ni queriendo nada más sino lo que ven que place a mis perspicaces ojos.

Pero que ante su faz veas otra multitud apareciendo en forma humana y con vestidura tenebrosa, y estando en mucha constricción de miedo, estos son los hombres que existen en la ciencia de Dios. ¿Cómo? El hombre está ante el conspecto de Dios en gran honor, a quien Él prevé que le pertenece, habiendo sido desechado aquel que más contiende en perdurar en la perdición que en estar en Dios. Pero aquellos hombres, que ves en esta multitud, son llamados ovejas compelidas (compulsae oves), teniendo apariencia humana por las obras de los hombres, y un vestido sombrío que es la duda en las obras de los pecados; pero en la estrechez del temor que teme el juicio de Dios. Se llaman en cambio ovejas compelidas porque de muchos modos los compelo para que lleguen a la vida, arrebatados de la muerte por la sangre de mi Hijo. De donde también ovejas compelidas son aquellos hombres que, por muchas tribulaciones y penurias, son compelidos por Mí contra su voluntad, para que dejen su iniquidad, la cual por la voluntad de su propia carne y por la flor de su juventud cumplirían muy gustosamente mientras se adhirieran al siglo, queriendo así permanecer en el ardor de la libido hasta que los desertara el fuego de la carne por el frío de su edad; a todos los cuales sin embargo constriño de diversos modos, según lo que veo en ellos, para que cesen de sus pecados.

Nam quosdam eorum in quibus saeculum tam forti desiderio non ardet non constringo fortiori flagello sed leniori; quia non video in eis tantam amaritudinem quantam in aliis, quoniam cum sentiunt correptionem meam, mox relinquunt in festinatione voluntatem suam, et veniunt ad me, pompis saecularibus renuntiantes. Quosdam autem fortiori verbere corripio, quoniam tam ardentes et tam pervicaces sunt in peccatis ex vitio carnis suae, ut nisi fortiter per me coarctarentur, non essent apti regno meo. Scientia mea praevidet et cognoscit eos, ac constringit illos secundum superfluitatem corporis ipsorum. Et iterum quosdam in maxima et fortissima aerumna ac miseria mentis et corporis eorum supero; quia tam rebelles, tamque superflui in opere carnalis voluptatis sunt, ut si non constringerentur, gravissima calamitate, non cessarent a criminibus per petulantiam suae carnis, quia dum essent in prosperitate suae voluntatis, se non converterent ad Deum, quoniam unde unus per pusillanimitatem mentis suae omnino cadit in desperationem: inde alius jocatur per stoliditatem superbiae suae, atque per quod ipse omnino conculcatur in desperatione; per hoc ille vix constringitur in plenitudine animi sui. Hoc modo coerceo pertinentes ad me cum mihi repugnant in operibus suis; ut quia eos novi, saltem per calamitates tam corporis quam spiritus quas patiantur ad me pervenire compellantur, quatenus ipsi salventur, ut etiam Pharao Israeliticam plebem a terra sua perterritus, tandem discedere compulit, sicut scriptum est: Vocatisque Pharao Mose et Aaron nocte ait: Surgite, egredimini a populo meo, et vos et filii Israel. Ite et immolate Domino, sicut dicitis. Oves vestras et armenta assumite, ut petieratis, et abeuntes benedicite mihi (Exod. XII).

Hoc tale est: Onerosa et gravissima crimina quae adhaerent huic saeculo in multis aerumnis ac miseriis, gravant supermodum multos homines, in cordibus suis dicentibus: Heu, heu! quo fugiemus? Et tunc eaedem aerumnae rixando illos expellunt a se: ita quod etiam ipsi homines festinant ab eis recedere, quia in seipsis arescunt in corpore suo de gravedine flagelli manus Dei, non valentes cum gaudio vivere in voluptate saeculi, quoniam Deus requirit eos: quod est vocatio justorum per diverseas calamitates in tenebrosis operibus noctis peccatorum.

Pues a algunos de ellos en quienes el mundo no arde con tan fuerte deseo no los constriño con un azote más fuerte sino con uno más leve; porque no veo en ellos tanta amargura como en otros, ya que cuando sienten mi corrección, pronto dejan con presteza su propia voluntad y vienen a Mí, renunciando a las pompas seculares. A otros en cambio los corrijo con un azote más fuerte, puesto que son tan ardientes y tan pervicaces en los pecados por el vicio de su carne, que a menos que fueran fuertemente coartados por Mí, no serían aptos para mi reino. Mi ciencia los prevé y conoce, y los constriñe según la superfluidad de su cuerpo. Y de nuevo a otros los supero en la máxima y fortísima penuria y miseria de su mente y cuerpo; porque son tan rebeldes y tan superfluos en la obra de la carnal voluptuosidad, que si no fueran constreñidos por una gravísima calamidad, no cesarían de sus crímenes por la petulancia de su carne, porque mientras estuvieran en la prosperidad de su voluntad, no se convertirían a Dios, puesto que de donde uno por la pusilanimidad de su mente cae del todo en la desesperación, de ahí otro bromea por la estolidez de su soberbia, y por aquello por lo que él es del todo conculcado en la desesperación, por esto aquel apenas es constreñido en la plenitud de su ánimo. De este modo coherzo a los que me pertenecen cuando me repugnan en sus obras; para que, porque los conozco, al menos por las calamidades tanto del cuerpo como del espíritu que padezcan, sean compelidos a llegar a Mí, a fin de que ellos mismos se salven, como también Faraón, aterrorizado, compelió finalmente a la plebe israelítica a marchar de su tierra, como está escrito: "Y Faraón, llamando a Moisés y a Aarón de noche, dijo: Levantaos, salid de mi pueblo, tanto vosotros como los hijos de Israel. Id e inmolad al Señor, como decís. Tomad vuestras ovejas y vuestras vacas, como habíais pedido, y al marcharos bendecidme" (Exod. XII).

Esto es tal como: Los onerosos y gravísimos crímenes que se adhieren a este siglo en muchas penurias y miserias, gravan sobremanera a muchos hombres, diciendo en sus corazones: ¡Ay, ay!, ¿adónde huiremos? Y entonces las mismas penurias, riñendo, los expulsan de sí: de modo que también los mismos hombres se apresuran a retirarse de ellas, porque en sí mismos se secan en su cuerpo por la pesadez del azote de la mano de Dios, no pudiendo vivir con alegría en la voluptuosidad del siglo, puesto que Dios los requiere: lo cual es la vocación de los justos por diversas calamidades en las tenebrosas obras de la noche de los pecados.

Unde Pharao vitia, scilicet diabolica vocant in clamore aerumnarum et miseriarum Mosen, id est homines illos quos Deus constringit fortissimis doloribus sive spiritualibus sive corporalibus, et Aaron, eos videlicet quos coercet levioribus adversitatibus in nocturno tempore malorum operum convocatos, ipsis vitiis in oppressione voluptatis hominum dicentibus: Surgite de carnali consuetudine vestra et egredimini de veteri habitatione quam nobiscum habuistis separantes vos a communi populo quem possidemus, cum nos colit, et subtrahentes a saecularibus negotiis quibus libenter adhaeremus, vos qui exterriti estis in nobis cum in captura nostra fuistis, et filii Dei vobiscum qui vident ipsum in agnitione ejus. Ite itaque aliam viam relinquentes nos, et offerte vos ipsos Deo inexpugnabilibus causis quibus nos superastis (ut dicitis) in desideriis vestris, lenitatem quoque vestram in ovili mansuetudine, cum qua vobis est durum nobiscum laborare, quia vultis alium dolorem sustinere sequendo Agnum et victoriosissima arma in armentorum fortitudine cum quibus nos superastis, et quibus nos resistere non possumus, assumite in novitate mentis vestrae, quam modo habere vultis, et separamini a nobis ut dudum voluistis cum nos acriter impugnastis, et euntes ad patriam pro qua doletis in animo vestro comprehendite aliam vitam quae vos ducit a nobis, atque benedicite in laude Dei pugnam illam in qua abcessistis a saecularibus causis et negotiis.

Ego quoque omnipotens Deus, ut praedictas oves transire compello ad me, sic etiam columnas meas, id est fortiores coelestes haeredes in fundamento castigationis me consolido, secundum nequitiam implicationis peccati in invasione praevaricationis Adae qua impugnantur, quia stare non possent, si eos gratia mea non confirmarem. Quorum quidem alios quos tam grave pondus non gravat vitiorum, leniore castigatione castigo, quoniam si eos acriori verbere constringerem, omnino deficiente spiritu caderent in desperationem, quia afflatu majoris turbinis diabolicae suggestionis non catenantur. Alios autem graviore mole in varietate saevissimorum morum, et in superfluitate concupiscentiarum ex pugna diabolica oneratos, habeo in duritia constrictionis gravissimorum dolorum, ut non exeant a foedere meo, cui assistunt me toto desiderio volentes apprehendere, atque praecepta mea observare, quia si istos ut priores leniter castigarem, ipsas correptiones meas pro nihilo ducerent, quoniam gravissimo certamine antiqui serpentis impugnantur.

De donde Faraón, los vicios, a saber, los diabólicos, llaman en el clamor de las penurias y miserias a Moisés, esto es, a aquellos hombres a quienes Dios constriñe con fortísimos dolores ya sean espirituales o corporales, y a Aarón, a aquellos a saber a quienes coherce con más leves adversidades, convocados en el tiempo nocturno de las malas obras, diciendo los mismos vicios en la opresión de la voluptuosidad de los hombres: Levantaos de vuestra carnal costumbre y salid de la vieja habitación que con nosotros tuvisteis, separándoos del pueblo común que poseemos cuando nos cultiva, y sustrayéndoos de los negocios seculares a los que de buen grado nos adherimos, vosotros que fuisteis aterrorizados en nosotros cuando estuvisteis en nuestra captura, y los hijos de Dios con vosotros que lo ven en el reconocimiento de Él. Id pues por otro camino dejándonos, y ofreceos vosotros mismos a Dios por causas inexpugnables con las que nos superasteis (como decís) en vuestros deseos, vuestra suavidad también en la mansedumbre ovina con la cual os es duro trabajar con nosotros, porque queréis sostener otro dolor siguiendo al Cordero, y tomad las victoriosísimas armas en la fortaleza de los rebaños con las que nos superasteis y a las que nosotros no podemos resistir, en la novedad de vuestra mente que ahora queréis tener, y separaos de nosotros como hace tiempo quisisteis cuando nos impugnasteis acremente, y yendo a la patria por la que os doléis en vuestro ánimo comprended otra vida que os conduce de nosotros, y bendecid en la alabanza de Dios aquella lucha en la que os apartasteis de las causas y negocios seculares.

Yo también, Dios omnipotente, así como compelo a las predichas ovejas a pasar a Mí, así también mis columnas, esto es, los más fuertes herederos celestiales, los consolido en el fundamento de la castigación, según la iniquidad de la implicación del pecado en la invasión de la prevaricación de Adán por la que son impugnados, porque no podrían estar en pie si no los confirmara con mi gracia. A algunos de los cuales, a quienes no grava un peso tan grande de vicios, castigo con una castigación más leve, puesto que si los constriñera con un azote más agrio, desfalleciendo del todo su espíritu caerían en la desesperación, porque no están encadenados por el soplo de un torbellino mayor de sugestión diabólica. A otros, en cambio, cargados con una mole más grave en la variedad de costumbres saquísimas y en la superfluidad de concupiscencias por la lucha diabólica, los tengo en la dureza de la constricción de gravísimos dolores, para que no salgan de mi pacto, en el cual me asisten con todo su deseo queriendo aprehenderme y observar mis preceptos, porque si a estos los castigara levemente como a los primeros, tendrían en nada estas mis correcciones, puesto que son impugnados por el gravísimo certamen de la antigua serpiente.

Sunt etiam quidam exsules coelestis patriae quos nescio, quia me omnino relinquunt aviditate mentis suae seipsos rapaci rabie seducentes nec me quaerentes, nec scire volentes, sed in seipsis suffocantes bonum desiderium, ita quod non postulant a me ullum auxilium, avide tantum se oblectantes in propriis rebus suis, ut eos delectat in carnalibus desideriis. Quorum alii ex his operantur in superfluitate ac in delectatione carnis quidquid volunt; non tamen existentes in odio et in invidia, sed volutantur in blandis voluptatibus habentes delicias et suavitatem carnis suae, quibus dimitto fruges terrae in prosperitate, ut non deficiant in paupertate; quia et creati sunt per me, et quia etiam populum non absorbent per malitiam suam, atque idcirco dabitur eis secundum desideria ipsorum. Alii vero sunt tantae ferocitatis et nimietate amaritudinis fellis et odii ac invidiae, reddentes malum pro malo, nec volentes sufferre ullam injuriam sibi illatam, ita ut si haberent honorem et divitias saeculi, coelestes virtutes dirumperent in hominibus ne colerentur in eis; unde ipsis abstraho fruges atque divitias, in magnis miseriis eos dejiciens, quatenus se non possint ad tantum malum erigere quantum est in voluntate ipsorum, quia diabolica opera perpetrarent, si facultatem ad hoc haberent. Sic obsisto viis hominum bonorum scilicet et malorum recta mensura ponderans ascensus eorum, secundum quod oculus meus videt cupiditates ipsorum, sicut etiam sapientia testatur per Salomonem, dicens: Omnes viae hominum patent oculis ejus, spirituum ponderator est Dominus (Prov. XVI).

Hoc tale est: Omnia itinera quae spirat vivens animus hominum in praesentia scientiae suae in hoc quod homo habet circuitionem intellectus utilitatis, scilicet fructuositatis atque imbecillitatis inutilitatis: haec sunt aperta conspectui omnipotentis Dei. Sic per omnia videt Deus, et omnino non absconditur quidquid aspectui divinitatis ejus quia scit omnia, sic videlicet aspiciens universa ut unamquamque rem recte dispenset. Quomodo? Ipse est enim spirituum ponderator, mulcens eos in suavitate blandimentorum et tranquilitatum, castigansque eos in tribulatione dolorum et miseriarum, ut excutiantur ad rectam mensuram, quam contra eum nec currendo nec fugiendo transcendere valent, nisi quantum ipse probat juxta merita eorum, quoniam ponderatio ipsorum est quod in excussione retributionis eorum sive in hoc saeculo sive in futuro ostenditur quomodo Deum coluerunt.

Hay también algunos exiliados de la patria celestial a quienes no conozco, porque me dejan del todo por la avidez de su mente seduciéndose a sí mismos con rapaz rabia, ni buscándome ni queriendo conocerme, sino sofocando en sí mismos el buen deseo, de modo que no me piden auxilio alguno, deleitándose ávidamente solo en sus propias cosas, según les place en los carnales deseos. Algunos de los cuales operan en la superfluidad y en la delectación de la carne todo lo que quieren; no estando sin embargo en el odio ni en la envidia, sino que se revuelcan en blandas voluptuosidades teniendo las delicias y la suavidad de su carne, a quienes dejo los frutos de la tierra en la prosperidad para que no desfallezcan en la pobreza; porque tanto fueron creados por Mí, como porque tampoco absorben al pueblo por su malicia, y por ello se les dará según sus deseos. Otros en cambio son de tanta ferocidad y demasía de amargura de hiel y de odio y envidia, devolviendo mal por mal, ni queriendo sufrir injuria alguna que se les haga, de modo que si tuvieran el honor y las riquezas del siglo, romperían las virtudes celestiales en los hombres para que no fueran cultivadas en ellos; por lo cual les sustraigo los frutos y las riquezas, abatiéndolos en grandes miserias, a fin de que no se puedan erigir a tanto mal cuanto hay en su voluntad, porque perpetrarían obras diabólicas si tuvieran facultad para ello. Así me opongo a las vías de los hombres, a saber, de los buenos y de los malos, ponderando con recta medida sus ascensos, según lo que mi ojo ve sus cupidatividades, tal como también la sabiduría testifica por Salomón diciendo: "Todas las vías de los hombres están patentes a sus ojos, el ponderador de los espíritus es el Señor" (Prov. XVI).

Esto es tal como: Todos los itinerarios que respira el alma viviente de los hombres en presencia de su ciencia en esto de que el hombre tiene el circuito del intelecto de la utilidad, a saber, de la fructuosidad y de la imbecilidad de la inutilidad: estos están abiertos al conspecto de Dios omnipotente. Así por todas las cosas ve Dios, y en absoluto se esconde nada al aspecto de Su divinidad porque lo sabe todo, mirando así el universo para que dispense rectamente cada cosa. ¿Cómo? Pues Él mismo es el ponderador de los espíritus, halagándolos en la suavidad de los blandimientos y de las tranquilidades, y castigándolos en la tribulación de los dolores y miserias, para que sean sacudidos a la recta medida, la cual contra Él ni corriendo ni huyendo pueden trascender, sino cuanto Él mismo prueba según los méritos de ellos, puesto que la ponderación de los mismos es que en la sacudida de su retribución, ya sea en este siglo o en el futuro, se muestra cómo cultivaron a Dios.

Unde etiam ipsi spiritus juste ponderantur, ita scilicet ut rationalitas hominis non plus elevetur in superiora nec deprimatur in inferiora quam justo judicio suo recompensat Deus, quoniam sic ipse resistit illi quod nulla anima est tantae potestatis in superfluitate ullius rei, ut possit Deo repugnare; quia ipse cuncta rectissime dijudicat, obsistens eis justitia sua, cui resistere non valent, ut plus possint quam sit promissionis ejus. Nam ut plumbum juste ponderat pecuniam, sic Deus aequa libra bonis et malis tale obstaculum opponit, quod nullo modo possunt effugere aequissimam normam judicii ejus, isti pro meritis suis gloriam et gaudium vitae, hi vero poenam et moerorem mortis recipientes, secundum quod Deus acutissime praevidet in eis.

Quae autem praedicta imago inspicit homines illos qui de mundo venientes, in eodem aedificio nova veste induuntur: hoc est quod scientia Dei novit eos, qui perfidiam infidelitatis suae relinquentes, in potestate operis Dei pro vita aeterna novum hominem in baptismo induunt, movens illos ne revertantur retro incedentes ad diabolum, vel si in illud deviaverunt ut redeant ad Deum Creatorem suum, secundum quod dicit unicuique eorum in verbis admonitionis suae, ut supra dictum est. Qui autem acutas aures interioris intellectus habet, hic in ardente amore speculi mei, ad verba haec anhelet, et ea in conscientia animi sui conscribat.

VISIO QUINTA.

SUMMARIUM.---De forma zeli Dei et quid operetur. Quod Deus peccata hominum diligenter examinat aut puniendo in corpore hominis aut in poena futuri saeculi, aut ipse homo purgabit per poenitentiam in anima et corpore. Verba Job de eadem re. Qui cum timore peccant merentur gratia Dei resurgere per poenitentiam in purgatione: quam si hic plenius non inveniunt, in futuro invenient. Quomodo in rationalitate hominis bonum respondeat malo et malum bono ad mortem, Quod homo habet in se duas vocationes, una vocatur ad vitam et altera ad mortem. Verba Psalmistae de eodem.

De donde también los mismos espíritus son justamente ponderados, de tal modo a saber que la racionalidad del hombre no se eleve más a las cosas superiores ni se deprima más a las inferiores de lo que Dios recompensa con Su justo juicio, puesto que así Él mismo se le resiste que ninguna alma es de tanta potestad en la superfluidad de cosa alguna que pueda repugnar a Dios; porque Él mismo lo juzga todo rectísimamente, oponiéndose a ellos con Su justicia, a la cual no pueden resistir para poder más de lo que es Su promesa. Pues como el plomo pondera justamente el dinero, así Dios con balanza igual opone a buenos y malos tal obstáculo que de ningún modo pueden escapar a la equitativísima norma de Su juicio, recibiendo estos por sus méritos la gloria y el gozo de la vida, y recibiendo aquellos la pena y el dolor de la muerte, según lo que Dios prevé acutísimamente en ellos.

Pero que la predicha imagen mire a aquellos hombres que, viniendo del mundo, son vestidos con una nueva vestidura en el mismo edificio: esto es que la ciencia de Dios conoce a quienes, dejando la perfidia de su infidelidad, en la potestad de la obra de Dios para la vida eterna se visten del nuevo hombre en el bautismo, moviéndolos para que no vuelvan atrás caminando hacia el diablo, o si se han desviado hacia ello, para que regresen a Dios su Creador, según lo que dice a cada uno de ellos en las palabras de su amonestación, como se dijo arriba. Pero quien tiene oídos agudos del intelecto interior, este anhele estas palabras en el ardiente amor de mi espejo, y las escriba en la conciencia de su ánimo.

VISIÓN QUINTA.

SUMARIO.---De la forma del celo de Dios y de qué obra. Que Dios examina diligentemente los pecados de los hombres, o bien castigando en el cuerpo del hombre o en la pena del siglo futuro, o el hombre mismo los purgará por la penitencia en el alma y en el cuerpo. Palabras de Job sobre la misma cosa. Quienes pecan con temor merecen por la gracia de Dios resurgir por la penitencia en la purgación: la cual, si no encuentran más plenamente aquí, la encontrarán en el futuro. Cómo en la racionalidad del hombre lo bueno responde a lo malo y lo malo a lo bueno para la muerte. Que el hombre tiene en sí dos vocaciones: una es llamada a la vida y la otra a la muerte. Palabras del Salmista sobre lo mismo.

Quod mirabilia et admiranda judicia zeli Dei in Veteri Testamento visa sunt ut Deus timeatur. Quod Deus a rectitudine judicii nec fallacibus, nec adulatoriis sermonibus movetur. Quod superna ultio non excedit actus hominum gravius vindicando. Verba David ad eamdem rem. Quod oculi Domini vident unamquamque injustitiam puniendo eam, ita ut quamvis humanus sensus judicio Dei perscrutari non possit: tamen crimina hominum non negliguntur indiscusse. Quod zelus Domini juste dijudicans opera hominum terribilis est omni creaturae. Quod virtus sanctae Trinitatis in multa suavitate et recta ultione sibi subjicit mentes hominum secundum diversitatem intentionis ipsorum. Quod zelus Dei vicit primo diabolum in Christo, deinde in electis fugavit, tertio in filio perditionis omnino conteret: timentibus parcens, rebelles castigans. Quod indurati justitiam Dei despicientes et admonitionem Dei et exhortationem hominis non recipientes in perditionem abjiciuntur. Quod elementa conquerunt de duritia impoenitentium; et super eos vindictam inducunt. Quod Deus super rapidos et praesumptuose et scienter peccantes vindictam Cain et Pharaonis et illorum qui idolum in Oreb adoraverunt et qui initiati sunt Beelphegor inducit. De justitia Dei orta in Abel, culta in aliis electis, suavi in Filio Dei; hanc transgressam ulciscitur zelus Dei qui tunc erat, tunc est et permanebit. Qui canino more abominatur Ecclesiam, et dedicationem Ecclesiae, et res ad Ecclesias pertinentes destruit, zelo Dei ejicitur. Quod in facto Jacob praefigurabatur dedicatio Ecclesiae. Ubicunque corpus Christi immolandum est, debet esse lapis signatus, etiamsi ibi ex aliqua impossibilitate templum esse non poterit. Quod templum debet habere causam constitutionis suae quae adhaeret sibi de labore populi. Quomodo et qua causa Jacob decimas omnis substantiae suae dederit. Qui ecclesias destruunt, dedicationes sanguine homicidii vel fornicatione polluunt, et qui signatum lapidem in sacrificio non habent et qui decimas vel res templi diripiunt: O vae illis, o vae miseris illis! Qui res ecclesiae canibus et porcis, id est pravis hominibus dividunt, hos vel semen eorum de summo gradu usque ad infimum zelus Dei projiciet. Quomodo Deus ultione sua caedit credulos et incredulos. Qui putant se sapientes et potestatem suam per injusta judicia elevant, quam miserabiliter hos zelus Dei exurit. Quod in zelo Dei non est clamor minantis vocis, sed immobilis et firma potestas justi judicii. Quod scientia in homine est quasi speculum in quo latet desiderium vel boni vel mali.

Que los maravillosos y admirables juicios del celo de Dios se vieron en el Antiguo Testamento para que Dios sea temido. Que Dios no se mueve de la rectitud del juicio ni por sermones falaces ni adulatorios. Que la venganza suprema no excede los actos de los hombres vindicando más gravemente. Palabras de David para la misma cosa. Que los ojos del Señor ven cada injusticia castigándola, de modo que, aunque el sentido humano no pueda escudriñarse por el juicio de Dios: sin embargo, los crímenes de los hombres no se descuidan sin discusión. Que el celo del Señor, juzgando justamente las obras de los hombres, es terrible para toda criatura. Que la virtud de la santa Trinidad, en mucha suavidad y recta venganza, se sujeta las mentes de los hombres según la diversidad de la intención de ellos. Que el celo de Dios venció primero al diablo en Cristo, luego en los elegidos lo ahuyentó, y tercero en el hijo de la perdición lo quebrantará del todo: perdonando a los que temen, castigando a los rebeldes. Que los endurecidos que desprecian la justicia de Dios y no reciben la amonestación de Dios ni la exhortación del hombre son arrojados a la perdición. Que los elementos se quejan de la dureza de los impenitentes; e inducen venganza sobre ellos. Que Dios induce la venganza de Caín y de Faraón y de aquellos que adoraron al ídolo en Horeb y que fueron iniciados en Beelfegor sobre los rápidos y los que pecan presuntuosa y sabiamente. De la justicia de Dios nacida en Abel, cultivada en otros elegidos, suave en el Hijo de Dios; el celo de Dios, que entonces era, ahora es y permanecerá, castiga esta justicia cuando es transgredida. Quien, a modo de perro, abomina la Iglesia, y destruye la dedicación de la Iglesia y las cosas pertenecientes a las Iglesias, es expulsado por el celo de Dios. Que en el hecho de Jacob se prefiguraba la dedicación de la Iglesia. Dondequiera que el cuerpo de Cristo haya de ser inmolado, debe haber una piedra sellada, aun cuando por alguna imposibilidad no pueda haber allí un templo. Que el templo debe tener la causa de su constitución que se adhiere a sí por el trabajo del pueblo. Cómo y por qué causa Jacob dio los diezmos de toda su sustancia. Quienes destruyen iglesias, polucionan las dedicaciones con sangre de homicidio o fornicación, y quienes no tienen la piedra sellada en el sacrificio, y quienes rapiñan los diezmos o las cosas del templo: ¡Oh, ay de ellos, oh, ay de aquellos míseros! Quienes dividen las cosas de la iglesia a perros y cerdos, esto es, a hombres depravados, el celo de Dios arrojará a estos o a su semilla desde el grado sumo hasta el ínfimo. Cómo Dios, con su venganza, hiere a los creyentes y a los incrédulos. Quienes se creen sabios y elevan su potestad por juicios injustos, cuán miserablemente el celo de Dios los consume. Que en el celo de Dios no está el clamor de una voz amenazante, sino la inmóvil y firme potestad del justo juicio. Que la ciencia en el hombre es como un espejo en el que late el deseo de lo bueno o de lo malo.

Quomodo ex metu procedit timor, et de timore tremor, et quomodo homo per haec tria debet operari quod justum est. De prima radice, id est discretione hominis et de ignea supradicta gratia in Christo. Quod nemo in excusatione peccati debet mussitare contra Creatorem suum.

Post haec vidi et ecce in septentrionali angulo conjunctionis duarum formarum muri dicti aedificii apparebat tanquam caput mirabilis formae illi angulo exterius immobiliter a collo impositum tantae altitudinis a terra quanta erat altitudo ipsius anguli, non tamen eum excellens, sed tantum pari aequalitate ei in summitate coadaequantum. Et caput illud erat ignei coloris, rutilans ut flamma ignis, terribilemque habens faciem hominis, atque in ira magna respiciens ad aquilonem. A collo autem et deorsum non vidi ullam formam ejus, quoniam reliquum corpus ipsius omnino absconsum et obstrusum latuit in praedicto angulo. Caput vero ipsum vidi quasi nudam formam humani capitis, nec crinibus obtectum instar virilis formae, nec velamine more muliebri, plus tamen virile quod muliebre apparuit multumque terribile ad intuendum. Habebat autem tres alas mirae latitudinis et longitudinis albas, ut est candida nubes non in altum erectas, sed solummodo a se separatim directum extentas, ita tamen ut ipsum caput eas aliquantulum altitudine praecelleret, quarum prima a dextra maxilla surgens tendebatur ad aquilonem; secunda vero quae et media erat, a gutture ipsius dirigebatur ad septentrionem, tertia autem a sinistra maxilla tendebatur ad occidentem; aliquando magno terrore se moventes, atque in illas partes percutientes; aliquando autem a percussione cessantes. Et non audivi caput illud ulla verba proferre; sed tantum in se ipso immobile manens, alis suis interdum illuc percutiebat quo et ipse alae tendebantur, ut dictum est. Et iterum audivi sedentem in throno mihi dicentem: Deus qui in veteri populo zelum suum graviter exercuit, in novo propter amorem Filii sui mitem et suavem se ostendit; non quod nunc peccata delinquentium dissimulans negligenter parvipendat, sed quod misericorditer, puri cordis intimam et veram poenitentiam exspectet, indurati autem nequitiam non tolerans, justo judicio suo puniat. Unde et caput hoc quoddam vides in septentrionali angulo conjunctionis biformis muri dicti aedificii apparens: ostendit in significatione zelum Domini, qui est vindicta inflexibilis iniquitatis, nec ullam medicinam desiderantis, aperte surgens insinuato mysterio Verbi Dei per figuras et per sonum patriarcharum et prophetarum, in significationibus eorum praenuntiati.

Cómo del pavor procede el temor, y del temor el temblor, y cómo el hombre, por medio de estos tres, debe obrar lo que es justo. De la primera raíz, esto es, la discreción del hombre, y de la ígnea predicha gracia en Cristo. Que nadie, en la excusa del pecado, debe murmurar contra su Creador.

Después de estas cosas vi, y he aquí que en el ángulo septentrional de la conjunción de las dos formas del muro del dicho edificio aparecía como una cabeza de maravillosa forma impuesta a aquel ángulo exteriormente de modo inmóvil desde el cuello, de tanta altura desde la tierra cuanta era la altura del mismo ángulo, no excediéndolo sin embargo, sino solo coadecuándose a él en par igualdad en la cumbre. Y aquella cabeza era de color ígneo, rutilante como llama de fuego, y teniendo el terrible rostro de un hombre, y mirando con gran ira hacia el aquilón. Pero del cuello para abajo no vi ninguna forma suya, puesto que el resto de su cuerpo latía oculto y obstruido, totalmente escondido en el predicho ángulo. Pero vi la cabeza misma como una forma desnuda de cabeza humana, ni cubierta con cabellos a modo de forma varonil, ni con velo al modo mujeril, aunque apareció más varonil que mujeril y muy terrible de contemplar. Tenía además tres alas de maravillosa latitud y longitud, blancas, como es una nube cándida, no erectas en alto, sino solamente extendidas dirigidas separadamente de sí, de modo sin embargo que la misma cabeza las precedía un tanto en altura; de las cuales la primera, surgiendo de la mandíbula derecha, se tendía hacia el aquilón; la segunda, que era la media, se dirigía desde su garganta hacia el septentrión; la tercera, en cambio, desde la mandíbula izquierda se tendía hacia el occidente; moviéndose a veces con gran terror y golpeando en aquellas partes; y a veces cesando del golpe. Y no oí que aquella cabeza profiriera palabra alguna; sino que, permaneciendo inmóvil en sí misma, golpeaba de vez en cuando con sus alas allí donde las alas mismas se tendían, como se ha dicho. Y de nuevo oí al que estaba sentado en el trono diciéndome: Dios, que en el antiguo pueblo ejerció su celo gravemente, en el nuevo, por el amor de su Hijo, se mostró suave y dulce; no porque ahora, disimulando, desprecie negligentemente los pecados de los delincuentes, sino porque misericordiosamente espera la íntima y verdadera penitencia del corazón puro, pero no tolerando la iniquidad del endurecido, lo castiga con su justo juicio. Por lo cual también ves esta cabeza que aparece en el ángulo septentrional de la conjunción del muro biforme del dicho edificio: muestra en significación el celo del Señor, que es la venganza de la inflexible iniquidad que no desea medicina alguna, surgiendo abiertamente al ser insinuado el misterio del Verbo de Dios por figuras y por el sonido de los patriarcas y los profetas, prenunciado en sus significaciones.

Sic et zelus ejus in forma videtur capitis; quoniam super omnem timorem cognitus est in severitate ultionis suae, ut homo in facie sua cognoscitur, ardetque contra septentrionalem partem quia ipse in Deo velocissimus et acer occidit diabolum et omne malum, cum etiam in Abraham et in Mose duae partes defensionis operantium, speculativa scilicet scientia duarum optionis causarum, id est duarum viarum boni scilicet et mali, et genus humanum in opere Dei conjungunt, quoniam fortissime adversus diabolum in scientia boni et mali debet homo operari in omnibus causis per bonitatem Patris. Praevaricationem autem quae fit per speculativam scientiam in operibus hominum praecepta Dei transgredientium ulciscitur zelus Domini, ubi locus non est indulgentiae. Ubi est hoc? Ibi videlicet ubi nec est timor Domini, nec hominis in agnitione Dei. Et tale cor quod ita in sorde iniquitatis obduratum et emortuum est, quod nec veretur judicium Dei, nec vultum hominis: hoc justo judicio confundit et deprimit ultione sua zelus Domini in lege Dei. Quomodo?

Post constitutum praeceptum ubi fit praevaricatio legis est zelus qui abstrahit injustitiam cum rectissimo judicio, ipsa injustitia abstracta in Veteri Testamento cum austeritate repensionis in exteriore homine: cum transgressio legis corporaliter ulciscebatur in ipso, et post gratiam Evangelii est idem zelus per poenitentiam, atque post mortem hominum est ipse per poenas et per tormenta gehennae, qui iniquitates hominum conceptas et prolatas atque contortas in operantibus, ita examino quod eas ulciscor aut corporaliter in corpore hominis, aut in poena futuri saeculi, aut ipse homo purgabit illas per poenitentiam remissionis vivens in anima et corpore, cum quibus etiam operatus est eas, ut dicit in spiritu meo servus meus Job: Commuto faciem meam, et dolore torqueor. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Si autem et sic impius sum, quare frustra laboravi? (Job IX.) Hoc tale est: Immutabo aspectum meum interiorem. Quomodo? Evertam scilicet hoc quod sum mutabilis et inundans in sanguine venarum mearum, habens in me aliquando delectationem, aliquando etiam iracundiam et aliquando conterentem tristitiam, quod in me aspicio quasi videam delectabilem faciem cum hoc ipsum libenter perficerem. Et illud mutabo contra voluntatem meam convertens me ad opus bonae operationis.

Y aquel muro, a saber, la plebe judaica en la parte interior de su entendimiento, en el cual el alma del hombre conoce a Dios, está por todas partes rodeado de arcos, esto es, por todas partes cercado por la significación de la maestría de sus precursores, que claman los preceptos de la ley de Dios y se los muestran a sí mismos, como los menores suelen ser ordenados por los mayores como por hombres que les sobresalen, según la construcción de las celosías, que es la típica prefiguración del Espíritu Santo, que perfora las duras letras en la encarnación del Hijo de Dios, quien demostró plenísimamente las celosías de su misericordia a quienes las piden. No obstante, no está abierto en la perforación del portero, a saber, el Espíritu Santo, que no denuda el entendimiento espiritual en la antigua ley como después se hizo en las celosías de la misericordia en la carne del manifestado Hijo del Altísimo, sino que permanece íntegro en la dureza de los preceptos legales, que después por el Espíritu Santo fueron elucidados en la fuente de agua viva.

Tiene también en cada arco como una pintura de hombres, porque como esta pintura muestra la imagen de hombres, así en el arco triunfal, a saber, en la dignidad de la maestría, ha sido puesto el hombre, en vez de Dios. ¿Cómo? Puesto que la profundísima y principal sabiduría por la gracia de Dios ha sido puesta en la boca de la racionalidad del hombre, para que el hombre en el nombre de Dios ejerza el oficio de la magistratura, por la fuerza de la justicia y la misericordia del mismo Altísimo.

Lo que empero ves en la parte exterior del mismo muro, otros dos muros menores, esto es que en los negocios exteriores, además de la maestría espiritual, está interceptada la constitución de los pueblos mayores y menores, que han sido constituidos por precepto de Dios, como dos muros, ya que el exterior son los mayores de nacimiento por la fortaleza de la potestad secular en mi ordenación, y el medio son los menores que consisten bajo la potestad tanto de personas espirituales como seculares, como entre los arcos del predicho muro interior que es la maestría espiritual, y el muro exterior que es la potestad secular, como se ha dicho. Por lo cual dos muros puestos fuera del ámbito del interior arqueado, porque las personas seculares están en las causas terrenas, teniendo a saber más las cosas exteriores que las interiores, de modo que no obstante están en la línea de mi constitución. ¿Cómo?

Per exterius intelligitur interius, quoniam ut homo cognoscit ex visibili et alta persona hominis, quomodo homo timendus ac orandus et amandus sit, sic etiam in eodem intellectu intelligat qualiter invisibilis et altissimus Deus metuendus ac venerandus et diligendus sit super omnia. Nam per exteriorem et saecularem dominationem admonetur homo interioris et spiritualis potestatis divinae majestatis, quae ita clausa et abscondita est homini, ut non possit carnalibus oculis ejus videri nisi quantum fide illius capitur. Et quandoquidem mortali creaturae Deus invisibilis est, saltem per visibile magisterium discat homo timere et venerari ipsum altissimum praeliationis ejus institutorem. Quomodo?

Inspiratio divina dedit in sensus hominum per rationalitatem eorum, ut in recta constitutione inter populos magnae personae dominentur, quae ab illis timeantur ac honorentur. Nam Deus idcirco permisit genus unum excellere et aliud subjacere, ut ita homines dividerentur ne invicem per semetipsos interficerentur et perirent: alioquin otiosi essent nescientes procedere ad agnitionem Dei, nisi hoc praeviderent per timorem et honorem in hominibus. Et ita processit Spiritus sanctus, ducendo populum ad interiorem legem spiritus, qua homo intus et exterius regeretur, donec fons saliens exivit apparens mundo in plenitudine justitiae, qui regit utrumque corpus scilicet et animam. Unde etiam cura saecularis potentiae sic constituta est ad usum terrenarum rerum, ut corpus requirat refectionem ne deficiat et spirituale magisterium ad interiorem suspirationem perveniendi ad servitutem Dei, ut anima ad coelestia anhelet. Haec itaque constituta sunt mea ordinatione secundum quod etiam Isaac dixit filio suo Jacob: Esto dominus fratrum tuorum et incurventur ante te filii matris tuae (Gen. XXVII). Hoc tale est: Dominus esse debes fratrum tuorum pollens super eos in honoribus et in beatitudinibus, benedictus in benedictionibus quae mihi a Deo datae sunt, et inclinentur ante te omnes nati filiorum matris tuae subjecti tibi, propter precellentem causam benedictionis tuae. Ex te enim exiet magnum genus de quo fortissimus et potentissimus vir exsurget, quem fratres ejus ipsum fugando persequentur; sed ipse velocissime in maximis viribus suis, quasi leo se illis eripiens, excellentissima dominatione illis dominabitur, et premet eos in nomine potestatis suae, quae nunquam in vilissima cauda eradicabitur, fratribus suis in caudam effectis.

Por lo exterior se entiende lo interior, ya que como el hombre conoce por la persona visible y alta del hombre, cómo el hombre ha de ser temido y rogado y amado, así también en el mismo entendimiento entienda cómo el Dios invisible y altísimo ha de ser temido y venerado y amado sobre todas las cosas. Pues por la dominación exterior y secular se le advierte al hombre de la interior y espiritual potestad de la divina majestad, la cual está tan cerrada y oculta al hombre, que no puede ser vista por sus ojos carnales sino cuanto por la fe de Él se capta. Y puesto que para la criatura mortal Dios es invisible, al menos por la maestría visible aprenda el hombre a temer y venerar al mismo altísimo institutor de su prelación. ¿Cómo?

La inspiración divina dio en los sentidos de los hombres por su racionalidad, que en una recta constitución entre los pueblos dominen las grandes personas, que por ellos sean temidas y honradas. Pues Dios por eso permitió que un género sobresaliera y otro estuviera sujeto, para que así los hombres se dividieran no sea que mutuamente se mataran por sí mismos y perecieran: de otro modo estarían ociosos no sabiendo proceder al conocimiento de Dios, a menos que esto previeran por el temor y el honor en los hombres. Y así procedió el Espíritu Santo, conduciendo al pueblo a la ley interior del espíritu, por la cual el hombre por dentro y por fuera fuera regido, hasta que la fuente saltante salió apareciendo al mundo en la plenitud de la justicia, quien rige ambos, a saber, el cuerpo y el alma. Por lo cual también el cuidado de la potestad secular así ha sido constituido para el uso de las cosas terrenas, que el cuerpo requiera la refacción para no desfallecer y la maestría espiritual para el suspiro interior de llegar al servicio de Dios, para que el alma anhele las cosas celestiales. Estas cosas, pues, han sido constituidas por mi ordenación según lo que también Isaac dijo a su hijo Jacob: Sé señor de tus hermanos y incúrvense ante ti los hijos de tu madre (Gén. XXVII). Esto es tal: Señor debes ser de tus hermanos sobresaliendo sobre ellos en los honores y en las beatitudes, bendito en las bendiciones que me han sido dadas por Dios, e inclínense ante ti todos los nacidos de los hijos de tu madre sujetos a ti, por la excelente causa de tu bendición. Pues de ti saldrá un gran género de donde un hombre fortísimo y potentísimo surgirá, a quien sus hermanos perseguirán poniéndolo en fuga; pero él velocísimamente en sus máximas fuerzas, como un león arrebatándose de ellos, les dominará con excelentísima dominación, y los oprimirá en el nombre de su potestad, la cual nunca será erradicada en una vilísima cola, habiendo sido hechos sus hermanos en cola.

Sic et ego Pater coelestis dixi Filio meo incarnato: Esto Dominus omnium nascentium procreatorum de concepto semine humano quos creavi per te, quia tu mirabiliter natus ex Virgine non conceptus hominis semine, sed existi de me per flagrantem ignem apparens in terra, verus homo clauso sigillo integerrimae et castissimae Virginis. Tu ergo es Dominus illorum in superna claritate divinitatis, qui fratres tui sunt propter incarnationem tuam in qua homo est. Et inclinatio, id est subjectio exhibeatur tibi a filiis matris tuae scilicet tuae incarnationis, atque in obsequio piissimae devotionis subjiciantur tibi homines nati ex hominibus. Et quoniam Filius Dei sic est Dominus omnium creaturarum, per ipsum etiam in voluntate Patris et in tactu Spiritus sancti instituta est dispositio diversarum potestatum in mundo. Quomodo? Sic videlicet quod Deus abstulit nimietatem et jactantiam illam quam populus populum non honoraret; ita quod unusquisque faceret quod fieri placeret si hoc Deus inaestimabili sapientia consilii sui non prostravisset, sed ipse discrevit populum inter populum, minorem scilicet cum ministratione obedientiae majori suo subjacere, majorem vero in omni utilitatis regimine solerter et devote minori subvenire, sicut etiam in ascensione Spiritus sancti datum est Jacob per patrem suum, quod esset dominus fratrum suorum, ut et dictum est.

Sed in hoc quod ostensum est, quod esset Dominus, demonstratum est quod saeculare negotium habet personam dominandi super libertatem aliorum, quibus propter timorem honoris sibi ab eis impensi per potestatem suam parcat, non eos opprimens jure servitiorum, sed illos habens quasi in dilectione fratrum. In hoc autem quod dictum est quod incurvatio ante ipsum fieret, innuitur servitium ministrationis illorum, qui per vinculum famulantium dominis suis substracti sunt, ut filii carnis curam carnalem habentes. Sed postquam ipse Jacob hoc dominium per paternam benedictionem fratri suo subripuit; deinde coelestem celebritatem per lapidem quem erexit in titulum, et per decimam quam se vovit daturum constituit, ut praesignatum est, significans principalem personam in spirituali militia, quia quisque fidelis de minimo gradu ascendere debet ad summum: per saecularem videlicet potentiam discere superius magisterium clarioris lucis, spiritualis vitae, in quo adimpletur officium naucleri secundum iter immaculati Agni, qui sursum levavit hominem cum plenitudine et bonitate omnis justitiae, scilicet erigens hominem prostratum insidiis perversi raptoris.

Así también yo, Padre celestial, dije a mi Hijo encarnado: Sé Señor de todos los nacientes procreados de concebida semilla humana que creé por ti, porque tú maravillosamente nacido de Virgen no concebido por semilla de hombre, sino que saliste de mí por el fragante fuego apareciendo en la tierra, verdadero hombre cerrado el sello de la integérrima y castísima Virgen. Tú pues eres el Señor de ellos en la superna claridad de la divinidad, que son tus hermanos por tu encarnación en la cual eres hombre. Y la inclinación, esto es la sujeción, se te exhiba por los hijos de tu madre, a saber, de tu encarnación, y en el obsequio de piadosísima devoción sean sujetos a ti los hombres nacidos de hombres. Y puesto que el Hijo de Dios así es el Señor de todas las criaturas, por él también en la voluntad del Padre y en el tacto del Espíritu Santo fue instituida la disposición de diversas potestades en el mundo. ¿Cómo? Así a saber que Dios quitó la demasía y la jactancia aquella por la cual el pueblo no honraría al pueblo; de modo que cada uno haría lo que le pluguiera hacerse si Dios por la inestimable sabiduría de su consejo no hubiera postrado esto, sino que él mismo discreción al pueblo entre el pueblo, a saber, el menor con la ministración de la obediencia estar sujeto a su mayor, pero el mayor en todo régimen de utilidad solícita y devotamente socorrer al menor, como también en la ascensión del Espíritu Santo le fue dado a Jacob por su padre, que fuera señor de sus hermanos, como también se ha dicho.

Pero en esto que se ha mostrado, que fuera Señor, se demostró que el negocio secular tiene la persona de dominar sobre la libertad de los otros, a quienes por el temor del honor que le rinden por su potestad perdone, no oprimiéndolos por el derecho de los servicios, sino teniéndolos como en el amor de hermanos. En esto empero que se dijo que se hiciera incurvación ante él, se insinúa el servicio de la ministración de aquellos que por el vínculo de los que sirven están sujetos a sus señores, como hijos de la carne que tienen cuidado carnal. Pero después que el mismo Jacob arrebató este dominio a su hermano por la bendición paterna; luego constituyó la celebridad celestial por la piedra que erigió en título, y por el diezmo que prometió que daría, como fue presignado, significando la persona principal en la milicia espiritual, porque cada fiel debe ascender del grado mínimo al sumo: a saber, por la potestad secular aprender la maestría superior de la luz más clara, de la vida espiritual, en la cual se cumple el oficio del piloto según el camino del Cordero inmaculado, que levantó al hombre con la plenitud y bondad de toda justicia, a saber, erigiendo al hombre postrado por las insidias del perverso raptor.

Unde etiam haec duo instituta ad terrena videlicet et ad coelestia procedentia in quatuor et quatuor partes dividuntur, quia Deus magnam vim scientiae rationalitatis hominibus dedit, ita ut in ascensione Spiritus sancti haec in semetipsis scrutarentur in figura quatuor clementorum, plus praedictis duobus modis addentes, quod non aspernor nec abjicio, quoniam qui in nomine meo multiplicat quod minus, dignus est mercedis et non abjectionis, quae etiam quatuor partes tam in saecularibus gravaminibus quam in spiritualibus institutis sunt. Quomodo? Quia in saecularibus causis sunt nobiles et nobiliores, sunt et famulantes atque obsequentes. In spiritualibus vero sacramentis sunt praecellentes et superiores, sunt et obedientes atque corripientes. Ego autem illas officiorum causas ordinatione mea constitutas omnino rapi nolo furtivo munere emptionis in venundatione, sed volo ut eis rationabili causa assistatur, ita ut qui ipsas suscipiunt utiles sint coram Deo et hominibus. Sed, quidām venenati scorpiones justitiam meam transgrediuntur, et eas mortifero veneno avaritiae et superbiae subripiunt, non solum in saecularibus praeposituris, sed etiam in dispositionibus spiritualibus. Rapina autem saecularium dignitatum, terrena scilicet per terrena comparata est quidem, severissime in iracundia zeli mei examinanda; sed tamen majoris ponderis et examinationis est rapina spiritualium. Nam saeculares sunt in exterioribus caro de carne; spirituales autem in interioribus spiritui conjuncti. Sed quamvis saeculares in exterioribus occupentur curam terrenam habentes, tamen sub illa specie ad interiora spiritus in regimine suo deberent anhelare; spirituales vero in specie religionis et in contemptu mundialium positi, interius in corde Patris omnipotentis ordinati, multo magis sub spirituali nomine deberent Filium ejus in summo sacerdotio ardenter imitari; quia, sicut Filius Dei exivit de corde Patris sui, ita constituit Pater apud semetipsum in Filio suo personas magistrorum qui in tam egregiam ordinationem positi sunt propter utilitatem Ecclesiae, et in recto opere Deo conjuncti. Quomodo?

Qui in compunctione et probatione cordis atque in maturo sensu sunt, quod mihi omnino perspicuum est bonam videlicet conscientiam habentes, ita ut perverse et contrarie magisterium non appetant, illud nec diabolica arte sciscitantes, nec per pecuniam aut per saecularem potentiam acquirentes, nec inde volantia verba laudis humanae quaerentes, sed illud vera electione mea et populi, in humilitate suscipientes; hi charissimi et probatissimi custodes, atque certissimi amici mei sunt.

Por lo cual también estas dos instituciones que proceden a lo terreno, a saber, y a lo celestial, se dividen en cuatro y cuatro partes, porque Dios dio una gran fuerza de ciencia de la racionalidad a los hombres, de modo que en la ascensión del Espíritu Santo escrutaran estas cosas en sí mismos en la figura de los cuatro elementos, añadiendo a los predichos dos modos más cosas, las cuales no desprecio ni arrojo, ya que el que en mi nombre multiplica lo que es menos, es digno de merced y no de abyección, las cuales cuatro partes están tanto en los gravámenes seculares como en las instituciones espirituales. ¿Cómo? Porque en las causas seculares hay nobles y más nobles, hay también sirvientes y obedientes. En los sacramentos espirituales en verdad hay excelentes y superiores, hay también obedientes y corrigientes. Pero yo no quiero que aquellas causas de los oficios constituidas por mi ordenación sean arrebatadas en absoluto por el furtivo don de la compra en la venta, sino que quiero que se les asista con causa racional, de modo que los que las reciben sean útiles ante Dios y los hombres. Pero ciertos escorpiones venenosos transgreden mi justicia, y las arrebatan por el veneno mortífero de la avaricia y la soberbia, no solo en las prefecturas seculares, sino también en las disposiciones espirituales. Pues la rapiña de las dignidades seculares, a saber, las cosas terrenas comparadas por las terrenas, ciertamente ha de ser examinada severísimamente en la ira de mi celo; pero no obstante de mayor peso y examen es la rapiña de las espirituales. Pues los seculares están en lo exterior carne de carne; pero los espirituales están en lo interior unidos al espíritu. Pero aunque los seculares se ocupen en lo exterior teniendo cuidado terreno, no obstante bajo aquella especie deberían anhelar las cosas interiores del espíritu en su régimen; pero los espirituales puestos en la especie de la religión y en el desprecio de las cosas mundanas, ordenados interiormente en el corazón del Padre omnipotente, mucho más bajo el nombre espiritual deberían imitar ardientemente a su Hijo en el sumo sacerdocio; porque, así como el Hijo de Dios salió del corazón de su Padre, así constituyó el Padre ante sí mismo en su Hijo las personas de los maestros que han sido puestos en tan egregia ordenación por la utilidad de la Iglesia, y unidos a Dios en la recta obra. ¿Cómo?

Los que están en la compunción y probación del corazón y en maduro sentido, lo cual me es del todo perspicuo, teniendo a saber buena conciencia, de modo que perversa y contrariamente no apetezcan la maestría, ni escudriñándola por arte diabólica, ni adquiriéndola por dinero o por potestad secular, ni buscando de ahí las volantes palabras de la alabanza humana, sino recibiéndola por verdadera elección mía y del pueblo, en humildad; estos son mis queridísimos y probadísimos custodios, y mis amiguísimos amigos.

Sed qui retro incedunt, et illud alio modo in tenebris acquirunt videlicet per saecularia terrenorum furtim mysteria coelestium diripientes, faciem meam fugiunt, atque animas suas acriter occidunt; in hoc me deridentes, quia sic me denegant et contra voluntatem meam calcitrant. Quomodo? Quia ipsi despiciunt me non desiderantes potestatem magisterii adipisci per me; ita ut interiores oculos cordis sui ad me elevent sic dicentes: Placet hoc Deo an non? sed unusquisque eorum dicit in semetipso: Etiamsi hoc malum est apud Deum, ego tamen hoc accipiam confidens in Domino, quod quandoque vivens adhuc in corpore poeniteam, et tali modo acquirunt magisterium absque me Deo vivo; ita quod nec hoc a me postulent, nec se ad hoc mea voluntate pervenire confidant; sed in hoc ardore a facie mea fugiant sic rapientes magisterium, a misericordia mea naufragantes. Isti non sunt intra in corde summi Patris, sed sunt extra in parte aquilonis, qui in his causis est princeps eorum, nolentes quaerere me Creatorem omnium, sed propriam voluntatem suam quam pro Deo habent sequentes et me derelinquentes. Nam nolunt scire me, nec ego eos. Concupiscentia ipsorum suggerit eis quod volunt. Et quia timorem meum habere recusant, idcirco et ego nolo eis tunc resistere in terrore irae meae, ut eis repugnetur in die illa in qua nihil amplius praevalere possunt; ipsi autem per me dimissi in hac vita, responsuri in futuro tremendo judicio de his quae faciunt; me videlicet scientes in fide, sed in his quae perpetrant ad me respicere nolentes.

Nunc autem ut vides quod praefati duo minores muri sunt longitudinis spatii, quod est a praedicto angulo septentrionali usque ad angulum occidentalem: hoc est quod in constitutione populorum majorum et minorum cum extensione longitudinis humani temporis ab Abraham scilicet et Mose, quasi a septentrione usque ad manifestationem catholicae fidei in veram Trinitatem, quam fidem Filius meus a me missus in mundum ut ad occidentem, edocuit exstiterunt in lege mea populi et principales eorum magistri praecurrens videlicet germen et exemplum populi novi testimonii a zelo usque ad Filium meum in carne natum tendentes, ut fuerunt et sunt et semper erunt interpositae differentiae in hominibus interiorum et exteriorum, id est spiritualium et saecularium, majorum atque minorum. Qui sunt ipsis angulis ex utraque parte sui conjuncti juxta modum testudinis, quoniam tam Veteri quam Novo Testamento ex utroque latere initii sui, in honore et magistratione coadunati declarantur populi, et hoc in similitudinem testudinis, quod est in auctoritate divinae providentiae bene et digne compositi ad statum aedificationis coelestis Jerusalem.

Pero los que retroceden, y la adquieren de otro modo en las tinieblas, a saber, por los misterios seculares de las cosas terrenas arrebatando furtivamente los misterios de las celestiales, huyen de mi faz, y amargamente matan sus almas; burlándose de mí en esto, porque así me niegan y contra mi voluntad recalcitran. ¿Cómo? Porque ellos mismos me desprecian no deseando alcanzar la potestad de la maestría por mí; de modo que eleven los ojos interiores de su corazón a mí diciendo así: ¿Place esto a Dios o no? sino que cada uno de ellos dice en sí mismo: Aunque esto sea malo ante Dios, yo no obstante recibiré esto confiando en el Señor, que alguna vez viviendo aún en el cuerpo me arrepienta, y de tal modo adquieren la maestría sin mí, Dios vivo; de modo que ni esto me pidan, ni confíen que llegan a esto por mi voluntad; sino que en este ardor huyan de mi faz arrebatando así la maestría, naufragando de mi misericordia. Estos no están dentro en el corazón del sumo Padre, sino que están fuera en la parte del aquilón, el cual en estas causas es el príncipe de ellos, no queriendo buscarme a mí, Creador de todo, sino siguiendo su propia voluntad la cual tienen por Dios y abandonándome. Pues no quieren conocerme, ni yo a ellos. Su concupiscencia les sugiere lo que quieren. Y porque rehúsan tener mi temor, por eso también yo no quiero entonces resistirles en el terror de mi ira, para que se les repugne en aquel día en el cual nada más podrán prevalecer; ellos empero, dejados por mí en esta vida, han de responder en el futuro tremendo juicio de estas cosas que hacen; conociéndome a saber en la fe, pero en estas cosas que perpetran no queriendo mirar hacia mí.

Ahora empero como ves que los predichos dos muros menores son de la longitud del espacio que hay desde el predicho ángulo septentrional hasta el ángulo occidental: esto es que en la constitución de los pueblos mayores y menores con la extensión de la longitud del tiempo humano, desde Abraham a saber y Moisés, como desde el septentrión hasta la manifestation de la fe católica en la verdadera Trinidad, cuya fe mi Hijo enviado al mundo por mí como hacia el occidente, enseñó; existieron en mi ley los pueblos y sus principales maestros, a saber, el germen precedente y el ejemplo del pueblo del nuevo testimonio, tendiendo desde el celo hasta mi Hijo nacido en la carne, como fueron y son y siempre serán las interpuestas diferencias en los hombres de los interiores y exteriores, esto es de los espirituales y seculares, de los mayores y de los menores. Los que están unidos a los mismos ángulos por cada lado de sí al modo de una bóveda, ya que tanto en el Antiguo como en el Nuevo Testamento por cada lado de su inicio, unidos en el honor y en la maestría se declaran los pueblos, y esto en semejanza de bóveda, lo cual es en la autoridad de la divina providencia bien y dignamente compuestos para el estado de la edificación de la Jerusalén celestial.

Quod vero altitudo eorumdem duorum minorum murorum est cubitorum trium: hoc est quod in sublevatione rectitudinis duarum saecularium, conditionis scilicet majorum et minorum, tres partes sunt hominum, id est praecellentiores rectores et alii a vinculo servitutis famulantium liberi, atque communis populus praelatis suis in subjectione substratus. Unde etiam latitudo inter interiorem arcuatum murum et medium est unius cubiti, quae est amplitudo dignitatis inter superiores personas spiritualis magisterii et inter minora vocabula terrenae servitutis, in unitate fidei secundum Deum ad corripiendum subditos suos constituta. Atque inter exteriorem et eumdem medium est latitudo unius palmi quasi puerilis manus, quia est etiam inter inferiorem potestatem saecularis regiminis, et inter subjectionem saecularis ministrationis extensio justae considerationis, ita ut hae unanimi et simplici devotione puerilis innocentiae se invicem tangant in manu conjunctae operationis suae. Sed quod intra idem aedificium vides sex imagines ante praedictum arcuatum murum super pavimentum ipsius aedificii stantes, hoc est quod in opere bonitatis Dei sex virtutes extenduntur, caeteras virtutes praefigurantes, ut Deus in sex diebus creaturas suas creavit; ipse videlicet virtutes in figura futurorum ante murum, id est ante Israeliticum populum divina lege frenatum, et magisterio ac defensione praecursorum suorum circumvallatum apparentes, cum etiam pavimentum terrenarum curarum in eadem constructione summi Patris in hac significatione conculcant, ut Christiana militia per ipsas se diabolo opponat.

Quapropter tres stant juxta se in fronte ipsius muri prope angulum qui respicit ad septentrionem; quia sancta Trinitas inseparabilis in virtute majestatis suae, in initio Veteris Testamenti ab Abraham et Mose diabolo oppositis inchoati per diversas et secretas figuras designata est. Et tres etiam simul in fine parietis ejusdem secus angulum qui tendit ad occidentem, quoniam eadem Trinitas in unitate divinitatis regnans, in fine ejusdem defluentis legis aperto nomine suo praedicata est, nato in carne Filio Dei ob redemptionem hominis ad occasum tendentis. Quae omnes picturam in arcubus ejusdem muri inspiciunt, quia semper pari devotionis studio in hominibus magisterium ordinationis Dei per potentiam ejus in lege tam Novi quam Antiqui Testamenti designatum attendunt considerantes qualiter in ipsis perficiatur. Quod autem in ipso fine ejusdem parietis vides aliam imaginem intra idem aedificium super lapidem unum in modum sedis in pavimento positum sedentem, hoc est quod in ipsa repositione veteris legis antiqui populi, et in initio novae fidei inchoata in vera Trinitate, cum Deus omnes constantes virtutes in Ecclesia construxit, decenter etiam apparuit virtus haec in opere summi Patris, operans in eo per hominem usque ad consummationem mundi.

Que en verdad la altura de los mismos dos muros menores sea de tres cubitos: esto es que en la elevación de la rectitud de las dos condiciones seculares, a saber de los mayores y menores, hay tres partes de hombres, esto es los rectores más excelentes y otros libres del vínculo de la servidumbre de los que sirven, y la plebe común substrata a sus prelados en sujeción. Por lo cual también la anchura entre el muro arqueado interior y el medio es de un cubito, que es la amplitud de la dignidad entre las personas superiores de la maestría espiritual y entre los menores nombres de la servidumbre terrena, en la unidad de la fe según Dios constituida para corregir a sus súbditos. Y entre el exterior y el mismo medio hay una anchura de un palmo como de mano infantil, porque hay también entre la potestad inferior del régimen secular, y entre la sujeción de la ministración secular una extensión de justa consideración, de modo que estas por unánime y simple devoción de inocencia infantil se toquen mutuamente en la mano de su operación conjunta. Pero que dentro del mismo edificio veas seis imágenes ante el predicho muro arqueado sobre el pavimento del mismo edificio de pie, esto es que en la obra de la bondad de Dios seis virtudes se extienden, prefigurando a las demás virtudes, como Dios en seis días creó sus criaturas; a saber, las virtudes mismas apareciendo en figura de las cosas futuras ante el muro, esto es ante el pueblo israelita refrenado por la ley divina, y amurallado por la maestría y defensa de sus precursores, cuando también pisotean el pavimento de los cuidados terrenos en la misma construcción del sumo Padre en esta significación, para que la milicia cristiana por ellas se oponga al diablo.

Por lo cual tres están de pie junto a sí en el frente del mismo muro cerca del ángulo que mira hacia el septentrión; porque la santa Trinidad inseparable en la virtud de su majestad, en el inicio del Antiguo Testamento empezado por Abraham y Moisés opuestos al diablo, fue designada por diversas y secretas figuras. Y tres también juntas al final de la misma pared junto al ángulo que tiende hacia el occidente, ya que la misma Trinidad reinando en la unidad de la divinidad, en el final de la misma ley que fluye, fue predicada en su nombre abierto, nacido en la carne el Hijo de Dios por la redención del hombre que tiende al ocaso. Todas las cuales miran la pintura en los arcos del mismo muro, porque siempre con igual estudio de devoción en los hombres atienden a la maestría de la ordenación de Dios designada por su potencia en la ley tanto del Nuevo como del Antiguo Testamento, considerando cómo en ellos se perfeccione. Lo que empero en el mismo final de la misma pared ves otra imagen dentro del mismo edificio sentada sobre una piedra puesta al modo de un asiento en el pavimento, esto es que en la misma reposición de la antigua ley del antiguo pueblo, y en el inicio de la nueva fe comenzada en la verdadera Trinidad, cuando Dios construyó todas las constantes virtudes en la Iglesia, decentemente también apareció esta virtud en la obra del sumo Padre, obrando en ella por el hombre hasta la consumación del mundo.

Unde sedet etiam super fotissimam petram, super unicum, scilicet Dei Filium, qui sedes et quies est omnium fidelium caduca despicientium, et in se pura fide credentium. Et latus dextrum ad murum inclinat, quia in quietis rectitudine et in salvationis parte huic populo qui sub magisterio dispositione Dei positus est, adhaeret; ita ut et ipsi majores cum minoribus eam in operibus suis excolant. Faciem vero suam ad columnam verae Trinitatis vertit, quoniam in omni re intentionem suam ipsi Trinitati acutissimo visu justae considerationis intendit, ut sicut perpetua Trinitas in tribus personis inviolabiliter consideranda est: ita omnes Deum colentes, eam in factis suis diligentissime considerent, et considerando non relinquant. Sed quod in eodem fine vides alteram imaginem super eumdem murum in altiori loco stantem: hoc est quod etiam in translatione umbrae legis antiquae, in fide sanctae Trinitatis clarescente vera luce justitiae, haec virtus in principali magisterio et fideli populo in cacumine salvationis coelestis desiderii elevata est stans, pugnans contra vitia in Filio Dei erecta, quia ab ipso incepit, et cum ipso in coelesti Jerusalem post finem saeculi permanebit. Quae etiam ad praedictam columnam verae Trinitatis versa est, quoniam per sanctam et ineffabilem Trinitatem confortata, reducit animas ad patriam.

Quod vero in ipsis imaginibus conspicis similitudinem, hoc est quod eaedem virtutes unanimes sunt in diversitate donorum Dei. Quapropter indutae sunt etiam ut priores imagines quasi sericinis indumentis; quae sunt circa eas, ut circa reliquas virtutes suavissima opera, quae in divina lege cultores Dei ipsi exhibent: facientes ea in justitia veritatis, et candidis calceamentis; quia in ardore earum est etiam candor sequendi exemplum bonorum actuum in hominibus. Sed illa quae a dextris media harum trium est quas in extrema parte ejusdem parietis vides, tota tantae puritatis tantaeque claritatis existit, ut prae multo splendore nullam ejus formam perfecte intueri possis, quoniam virtus illa cum salute verae confortationis per donum sanctae Trinitatis, in fine sanctae veteris austeritatis exsurgens, omnis perlucida et pura est, carens cuncta indignatione diabolica in claritate laeti guadii unanimitatis hominum, ita ut prae multitudine gloriae et honoris quem habet in coelestibus; nulla ratione inaestimabilis unanimitas ipsius, quasi forma ejus, ab ullo mortali homine valeat considerari, nisi quantum Deus revelare dignatus fuerit. Et illa quae super murum stat nigris calceamentis calceata est, quia tam in altiore dignitate quam in minore ante incarnationem Filii mei mortis signum et vestigium fuit in hominibus.

Por lo cual se sienta también sobre la fortísima piedra, sobre el único, a saber, Hijo de Dios, que es asiento y descanso de todos los fieles que desprecian las cosas caducas, y creen en Él con fe pura. Y el lado derecho inclina al muro, porque en la rectitud del descanso y en la parte de la salvación a este pueblo que bajo la maestría de la disposición de Dios ha sido puesto, se adhiere; de modo que también ellos mismos, mayores con menores, la cultiven en sus obras. Su faz en verdad vuelve hacia la columna de la verdadera Trinidad, ya que en cada cosa dirige su intención a la misma Trinidad con la agudísima vista de la justa consideración, para que así como la perpetua Trinidad en tres personas inviolablemente ha de ser considerada: así todos los que rinden culto a Dios, la consideren diligentemente en sus hechos, y considerándola no la abandonen. Pero lo que en el mismo final ves otra imagen de pie sobre el muro en un lugar más alto: esto es que también en la traslación de la sombra de la antigua ley, en la fe de la santa Trinidad clareando la verdadera luz de la justicia, esta virtud en la maestría principal y en el pueblo fiel en la cima de la salvación del deseo celestial ha sido elevada estando de pie, luchando contra los vicios, erigida en el Hijo de Dios, porque de Él comenzó, y con Él en la Jerusalén celestial después del fin del siglo permanecerá. La cual también está vuelta hacia la predicha columna de la verdadera Trinidad, ya que confortada por la santa e inefable Trinidad, reconduce las almas a la patria.

Que en verdad contemples una semejanza en las imágenes mismas, esto es que las mismas virtudes son unánimes en la diversidad de los dones de Dios. Por lo cual están también vestidas como las imágenes anteriores con vestiduras como de seda; las cuales son alrededor de ellas, como alrededor de las demás virtudes, las suavísimas obras que los mismos cultores de Dios exhiben en la ley divina: haciéndolas en la justicia de la verdad, y con calzado blanco; porque en el ardor de ellas hay también la blancura de seguir el ejemplo de los buenos actos en los hombres. Pero aquella que está a la derecha de la de en medio de estas tres que ves en la parte extrema de la misma pared, existe toda de tanta pureza y de tanta claridad, que por el mucho esplendor no puedes contemplar perfectamente su forma, ya que aquella virtud con la salud de la verdadera confortación por el don de la santa Trinidad, surgiendo al final de la santa antigua austeridad, es toda traslúcida y pura, careciendo de toda indignación diabólica en la claridad del alegre gozo de la unanimidad de los hombres, de modo que por la multitud de la gloria y el honor que tiene en las cosas celestiales; por ninguna razón su inestimable unanimidad, como su forma, puede ser considerada por ningún hombre mortal, a menos que cuanto Dios se haya dignado revelar. Y aquella que está sobre el muro ha sido calzada con calzado negro, porque tanto en la dignidad más alta como en la menor antes de la encarnación de mi Hijo hubo un signo y vestigio de muerte en los hombres.

Sed quod omnes sine palliis sunt, hoc est quod pariter terrenos cultus et exteriorem textum legalis institutionis abjecerunt intrinsecus veram justitiam inspicientes, praeter mediam illarum trium quae in prima parte ejusdem muri stabant, quae pallio induitur, quoniam ipsa sub defensione Dei in initio praeceptae austeritatis desudans circumdata est comprehensione amoris Dei, in qua coelestem thesaurum abscondit, abjecto desiderio carnalium. Et duae trium superiorum quae ad dexteram scilicet et ad sinistram mediae imaginis stant, et duae trium inferiorum, media videlicet et quae ad sinistram ejus est, non habent muliebria velamina in capitibus suis nudis, tantum albis crinibus stantes, quia lex et prophetae per virtutem supernae majestatis emanantes et vitam ac mortem sua fortitudine ostendentes, cum duobus praeceptis geminae dilectionis per eamdem divinam potentiam subsequentibus atque constantiam intimae circumspectionis habentibus in contrariis, et gaudium suavitatis in divinis fideliter soluti sunt ab omni subjectione ullius doloris seu laquei mortis, in capite in Christo videlicet Filio meo, nuda tamen coma fulgentes in candore virginitatis, quia divinitas virgineam naturam in Virgine Maria valde dilexit. Sed quod media trium priorum, et illa quae super lapidem juxta murum sedet sunt, velato capite candida velatura capitis, ut mos est mulierum: hoc est quod ipsae in auxilio supernae altitudinis et in stabilitate conversationis beatae quietis, blande ac dulciter ligatae sunt forti ligatura subjectionis, Deum caput omnium fidelium in albedine piae devotionis venerando, ut maritus ab uxore sincera charitate honorari debet. Et media trium superiorum et quae ad dexteram ejus stant vestitae sunt tunicis candidis, quia per eamdem virtutem divinae majestatis in suavissima beatitudine emanant lucidissima et candidissima opera earum in hominibus stabilita sub lege Domini cui conjunctae sunt. Sed quod etiam vides dissimilitudinem in eis, hoc est quod diversas vires habent in Deo, concorditer ipsum tamen colentes.

Propter quod imago quae stat in medio trium superiorum praefigurat abstinentiam, quoniam ipsa in primo certamine est quasi civitas et firmamentum, atque ornamentum sibi adhaerentium virtutum, continens se a peccato in gravitate morum. Ita quod perserutatrix et recusatrix est cunctorum puerilium in malis, nullam petulantiam habens in se, et apparens quasi mater in medio earum virtutum quae Trinitatis gloriam in initio datae legis antiqui populi designant.

Pero que todas estén sin mantos, esto es que igualmente arrojaron los cultos terrenos y el texto exterior de la institución legal, inspeccionando intrínsecamente la verdadera justicia, excepto la de en medio de aquellas tres que estaban en la primera parte del mismo muro, la cual se viste con un manto, ya que ella misma sudando bajo la defensa de Dios en el inicio de la austeridad mandada, está rodeada por la comprensión del amor de Dios, en la cual esconde el tesoro celestial, arrojado el deseo de las cosas carnales. Y dos de las tres superiores que están a la derecha, a saber, y a la izquierda de la imagen media, y dos de las tres inferiores, a saber, la media y la que estaba a su izquierda, no tienen velos femeninos en sus cabezas desnudas, estando solo con los cabellos blancos, porque la ley y los profetas emanando por la virtud de la superna majestad y mostrando la vida y la muerte por su fortaleza, con los dos preceptos del doble amor siguiendo por la misma divina potencia y teniendo la constancia de la íntima circunspección en los contrarios, y el gozo de la suavidad en las cosas divinas, fueron fielmente sueltos de toda sujeción de cualquier dolor o lazo de muerte, en la cabeza a saber en Cristo mi Hijo, no obstante brillando con la cabellera desnuda en la blancura de la virginidad, porque la divinidad amó mucho la naturaleza virginal en la Virgen María. Pero que la media de las tres primeras, y aquella que se sienta sobre la piedra junto al muro, estén de cabeza velada con blanca veladura de cabeza, como es costumbre de las mujeres: esto es que ellas mismas en el auxilio de la superna altura y en la estabilidad de la conversación del descanso bienaventurado, blanda y dulcemente están ligadas con la fuerte ligadura de la sujeción, venerando a Dios cabeza de todos los fieles en la blancura de la piadosa devoción, como el marido debe ser honrado por la mujer con sincera caridad. Y la media de las tres superiores y las que están a su derecha están vestidas con túnicas blancas, porque por la misma virtud de la divina majestad en suavísima bienaventuranza emanan sus clarísimas y blanquísimas obras establecidas en los hombres bajo la ley del Señor a la cual están unidas. Pero que también veas disimilitud en ellas, esto es que tienen diversas fuerzas en Dios, no obstante adorándole concordemente.

Por lo cual la imagen que está en medio de las tres superiores prefigura la abstinencia, ya que ella misma en el primer combate es como una ciudad y un firmamento, y el ornamento de las virtudes que se le adhieren, conteniéndose del pecado en la gravedad de las costumbres. De modo que es escrutadora y rechazadora de todas las cosas pueriles en los males, no teniendo ninguna petulancia en sí misma, y apareciendo como una madre en medio de aquellas virtudes que designan la gloria de la Trinidad en el inicio de la ley dada al antiguo pueblo.

Et habet in capite suo in modum coronae circulum crocei coloris dextra parte insculptum, semper accensae, quia ipsa per summum caput coronata est croceo radio splendidissimi solis, scilicet Filii Dei in cujus claritate tota comprehensa est et nullum appetens nisi illum qui etiam in dextra parte salvationis animae eam semper accendit. Unde ut vides a dextra ejusdem imaginis columba advolat, ore suo spirans in eamdem Scripturam, quoniam in dextera coelestis prosperitatis adest donum verae simplicitatis, videlicet Spiritus sancti in abstinentia quaeque bona per supernam inspirationem in salvatione animarum accendentis, ut etiam illa virtus demonstrat in supradictis verbis suae admonitionis.

Alia vero imago quae est a dextris ejus, significat largitatem, puerilis simplicitatis existentem, nec omnino astutiam aut duritiam adversus dolores hominum habentes, cum qua abstinentia se semper aufert ab omni asperitate in dextris bonorum operum, sic tendens ad Deum, quia largitas initium operationis ejus est, cum primum abstinentia opus suum aggreditur. Quae habet in pectore suo quasi leonem tanquam speculum lucidum, qui est in corde illius Filius meus Christus Jesus, leo fortissimus, veluti speculum piae et splendidae dilectionis conclusum. Quod autem a collo suo gestat velut serpentem pallidi coloris in torta flexura virgulae ad pectus etiam ipsius dependentem: hoc est quod quasi colla fortissima scilicet patientiam idem Filius meus prudentissimus in pallore angustiatae carnis sustinuit flexuram poenarum cum exaltatione crucis in medicamento videlicet omnium vulnerum quod largitas per coelestem amorem pectori suo imprimit illud frequenter inspiciens in mentibus hominum, sicut etiam in praedictis verbis exhortationis suae fatetur.

Tertia autem imago quae a sinistris ejus est, declarat pietatem nullo modo habentem odium aut invidiam, aut ullam foeditatem hominis, sed semper gaudentem et amplectentem prosperitatem omnium hominum, cujus viriditate et largitatis unctione abstinentia, sinistrae parti diabolicae sufflationis resistit, quoniam pietas est plenum opus abstinentiae in signifera pugna per quam semper victrix existit. Unde etiam tunica simili hyacintho rubri coloris induitur, quia splendidissimo opere sub quo pulcherrima sustentatione sanguineae contrarietates latent, omnes scilicet injurias pati, post passionem Filii mei per ipsius exemplum circumdata est.

Y tiene en su cabeza a modo de corona un círculo de color de azafrán grabado en la parte derecha, siempre encendido, porque ella misma ha sido coronada por la cabeza suprema por un rayo de azafrán del sol brillantísimo, a saber, el Hijo de Dios, en cuya claridad está toda comprendida y no deseando a nadie sino a aquel que también en la parte derecha de la salvación del alma siempre la enciende. Por lo cual, como ves, una paloma vuela desde la derecha de la misma imagen, soplando con su boca en la misma Escritura, ya que en la derecha de la prosperidad celestial está presente el don de la verdadera simplicidad, a saber, del Espíritu Santo en la abstinencia, encendiendo cada cosa buena por la inspiración superna en la salvación de las almas, como también aquella virtud demuestra en las sobredichas palabras de su amonestación.

Pero la otra imagen que está a su derecha significa la largueza, existiendo de simplicidad pueril, no teniendo en absoluto astucia o dureza contra los dolores de los hombres, con la cual la abstinencia siempre se aparta de toda aspereza en la derecha de las buenas obras, tendiendo así hacia Dios, porque la largueza es el inicio de su operación, cuando primero la abstinencia acomete su obra. La cual tiene en su pecho como un león como un espejo lúcido, que es en su corazón mi Hijo Cristo Jesús, el león fortísimo, como un espejo de piadoso y espléndido amor encerrado. Pero que lleve desde su cuello como una serpiente de color pálido en la torcida flexión de una varilla colgando hasta su pecho: esto es que el mismo Hijo mío prudentísimo sostuvo como cuellos fortísimos, a saber, la paciencia, en la palidez de la carne angustiada, la flexión de las penas con la exaltación de la cruz, a saber, en el medicamento de todas las heridas, que la largueza por el amor celestial imprime en su pecho inspeccionando aquello frecuentemente en las mentes de los hombres, como también confiesa en las predichas palabras de su exhortación.

Pero la tercera imagen que está a su izquierda declara la piedad, no teniendo de ningún modo odio o envidia, o alguna fealdad del hombre, sino siempre gozando y abrazando la prosperidad de todos los hombres, por cuya verdura y por la unción de la largueza la abstinencia resiste a la parte izquierda del soplo diabólico, ya que la piedad es la obra plena de la abstinencia en la lucha significante por la cual siempre existe victoriosa. Por lo cual también se viste con una túnica semejante al jacinto de color rojo, porque por la brillantísima obra bajo la cual por un bellísimo sustento yacen ocultas las contrariedades sanguíneas, a saber, padecer todas las injurias, fue rodeada tras la pasión de mi Hijo por el ejemplo del mismo.

Quod vero ad pectus ipsius apparet angelus ex utroque latere suo alam unam habens, hoc est ut homo in cognitione sua semper angelicum ordinem imitetur, unamquamque Dei ordinationem diligendo, cum ex utraque parte sui tam prosperarum quam contrariarum rerum in singulis et geminis alis videlicet in uno Deo per geminam virtutem non elatus supra modum in bonis, nec omnino prostratus in malis se elevat ad volandum quod est Deum in puritate cordis aspicere, sic sursum tendendo et non ad terram se dijiciendo. Quapropter etiam ala dextera ad dexterum humerum ejusdem imaginis extenditur, quoniam prosperitas hominis in dextra salvationis animarum ad auxilium pietatis porrigitur, cum Filius meus hominem reportavit in patriam. Et ala sinistra tendit ad sinistrum humerum illius, quia in sinistra contrarietatis diabolicarum insidiarum fidelis homo volatilem pennam, per quam abjiciat opera tenebrarum sursum extendit ad refugium Filii mei, per quem fortis contra omnem adversitatem existit, imitans vitam justorum, ut etiam virtus haec in dictis suis declarat, quomodo supra ostensum est.

Imago quoque quae est media trium inferiorum praetendit veritatem, quia post abstinentiam et illi cohaerentes virtutes surgit veritas in omnibus causis, cum sibi astantibus imaginibus, veluti turris et tutamen earum existens, videlicet forte praesidium designans, quasi in medio virtutum sanctam Trinitatem in occasu Judaicae consuetudinis et in ortu verae fidei praefigurantium. Super cujus dextrum humerum candidissima columba stat spirans ore suo in dextram aurem illius: quod est in superiore parte dextrae, scilicet beati reditus per incarnationem Filii Dei ad vitam apparens admirabilis virtus Spiritus sancti, qui spiravit tactu suo in dextrum auditum, id est in corda credulorum hominum ut intelligant quid Deus in sua divina potentia sit. Quod autem in pectore ipsius monstruosum et informe caput hominis apparet: hoc est quod Deus in cordibus electorum suorum miserias et persecutiones principum esse permittit, sicut et Filius ejus pati voluit a principibus sacerdotum. Et quoniam Deus est in corde fidelis hominis, ideo debet et ipse homo pro Dei amore patienter sufferre Dei persecutionem, atque quia mors in casu diaboli erecta est, idcirco oportet et fidelem hominem adversus diabolicas nequitias multa certamina in diversis aerumnis sustinere, quae saepe ipsius corpori laboriosae et contrariae sunt, quoniam homini adhaeret: quod idem antiquus serpens semper persequitur. Quid est hoc? Carnis concupiscentia, cui ille malignus hostis in insidiis positus insidiatur.

Hoc tale est: Dominus iste est Pater omnipotens apud quem est Unigenitus ejus, ille scilicet lapis angularis qui de igneo Spiritu sancto conceptus est, et ex integerrima Virgine natus homo, ipse videlicet flos candidissimus et pulcherrimus existens in albedine et pulchritudine totius sanctitatis. Nam Filius Dei erat secundum divinitatem inenarrabiliter ante aevum omnis creaturae, cum Patre et cum igneo refrigeratore postea in tempore placito missus a Patre, ut conceptus de Spiritu sancto, sicut dictum est, veraciter incarnatus nasceretur ex Virgine, ad conferendum credentibus candorem et decorem vitae. Quo incarnato, ostendit coelestis Pater per illum et per discipulos illius benigne nuntians necessariam rem, salutem videlicet et salvationem hominibus, qui in ipsum crediderint. Sed illius discipuli cum idem Filius apud eos corporaliter maneret in mundo, erant stulti et inscii ac stolidi, et tardi vigilanter verba illius in spiritu intelligere et opere complere, sed tantum quasi in somno in simplicitate ea audiebant, nondum confirmati, sed pavidi et exterriti velut homines. Interea venit tempus insanorum cordium, ita quod Judaei tumultum facientes exquirebant, suscitantes multa schismata contra Filium Dei, ut in hac magna tempestate occiderent eum. Et dum ita implerent omnem malignitatem suam ut desideraverunt, tunc in hoc praecipiti et maximo tonitruo peractum est tam grande homicidium, quale antea non fuit nec postea futurum est, ita ut terra moveretur, id est ut terrenae mentes hominum exterrerentur cum reliqua creatura, et ut lapidea lex Judaeorum scinderetur in criminoso facto eorum. Tunc primus homo cum genere suo in quo latuit signum reliquae creaturae jacens sepultus in morte; ita quod omnem intentionem suam ad terrena verterat, habens a dorso coelum nolens respicere ad Deum in magna fortitudine Filii Dei eradicatus est e terra mortis in qua dormiunt cum filiis suis, ita quod suspiraret de toto corde omni scientia sua quasi in utero ad coelestem patriam se convertens, quia audivit Christum Dei Filium propter ipsum occisum. Sed post ejusdem Filii Dei ascensionem a Patre et per ipsum Filium, ut ipse promiserat Spiritus sanctus, advenit, quia tota terra in superna dulcedine stillabat, quoniam coelestis panis in mundo manserat, quem infideles transitorie quasi in rumore neglexerant, fideles autem cum omni devotione susceperant. Quia ergo Verbum incarnatum erat, aperte Spiritus sanctus in igneis linguis apparuit, quoniam de Spiritu sancto Filius conceptus est qui in praedicatione sua mundum ad veritatem convertit. Et quoniam etiam apostoli per eumdem Filium docti erant, ipse Spiritus sanctus ita in calore suo perfudit eos, ut diversis linguis anima et corpore loquerentur, quoniam in eis anima corpori dominabatur, sic illis clamantibus quod in vocibus eorum totus orbis terrarum commoveretur.

Esto es así: Este Señor es el Padre omnipotente junto al cual está su Unigénito, a saber, aquella piedra angular que fue concebida del ígneo Espíritu Santo, y nacido hombre de la integridad de la Virgen, siendo él mismo la flor más cándida y hermosa existente en la blancura y hermosura de toda santidad. Pues el Hijo de Dios era inenarrablemente según la divinidad antes de la edad de toda criatura, con el Padre y con el ígneo refrigerador, después en el tiempo placentero enviado por el Padre, para que concebido del Espíritu Santo, como se ha dicho, verdaderamente encarnado naciera de la Virgen, para conferir a los creyentes el candor y el decoro de la vida. Encarnado el cual, mostró el Padre celestial por él y por sus discípulos anunciando benignamente la cosa necesaria, a saber, la salud y la salvación para los hombres que creyeran en él. Pero sus discípulos, mientras el mismo Hijo permanecía con ellos corporalmente en el mundo, eran necios e ignorantes y estólidos, y lentos para entender vigilantes sus palabras en espíritu y cumplirlas en la obra, sino que solo casi como en sueños las oían en simplicidad, aún no confirmados, sino pávidos y aterrados como hombres. Entre tanto llegó el tiempo de los corazones insanos, de modo que los judíos haciendo tumulto lo buscaban, suscitando muchos cismas contra el Hijo de Dios, para matarlo en esta gran tempestad. Y mientras así cumplían toda su malignidad como desearon, entonces en este precipitado y máximo trueno se llevó a cabo tan grande homicidio, cual no hubo antes ni habrá después, de modo que la tierra se moviera, esto es, que las mentes terrenas de los hombres se aterrasen con el resto de la criatura, y que la ley de piedra de los judíos se rasgara en su acto criminoso. Entonces el primer hombre con su género, en el cual yacía oculto el signo del resto de la criatura, yaciendo sepultado en la muerte; de modo que había vuelto toda su intención a las cosas terrenas, teniendo de dorso el cielo no queriendo mirar hacia Dios, fue erradicado con la gran fortaleza del Hijo de Dios de la tierra de la muerte en la que duermen con sus hijos, de modo que suspirara de todo corazón con toda su ciencia casi como en un útero volviéndose a la patria celestial, porque oyó que Cristo el Hijo de Dios fue muerto por él. Pero después de la ascensión del mismo Hijo de Dios, del Padre y por el mismo Hijo, como él mismo había prometido, llegó el Espíritu Santo, porque toda la tierra destilaba en la dulzura superna, puesto que el pan celestial había permanecido en el mundo, que los infieles transitoriamente casi como en un rumor habían descuidado, pero los fieles con toda devoción habían recibido. Porque, por tanto, el Verbo se había encarnado, abiertamente el Espíritu Santo apareció en lenguas de fuego, puesto que del Espíritu Santo fue concebido el Hijo que en su predicación convirtió al mundo a la verdad. Y puesto que también los apóstoles habían sido enseñados por el mismo Hijo, el mismo Espíritu Santo de tal modo los inundó en su calor, que hablasen con el alma y el cuerpo en diversas lenguas, puesto que en ellos el alma dominaba al cuerpo, así clamando ellos que en sus voces todo el orbe de las tierras se conmovería.

Abstulit quoque idem Spiritus sanctus ipsis homanum timorem; itaque talis pavor nullus eis inerat ut saevitiam hominum timerent, ne verbum Dei loquerentur, sed omnis hujusmodi timiditas tanto ardore et tanta festinantia eis ablata est; ut quasi aridi et non molles sed ut mortui ad cunctam adversitatem redderentur quae ipsis accidere potuisset. Unde etiam mox perfecto sensu, recordati sunt omnium quae prius tardi fide negligenter audierant et perceperant a Christo: ea ita ad memoriam reducentes quasi eadem hour ab ipso illa cognovissent. Et abeuntes iter faciebant inter incredulos populos qui umbilicos, id est sigillum, scientiam scilicet sanctae innocentiae et justitiae non habebant, et quibus civitas eorum instrumenta videlicet legis Dei in infidelitate destructa erat, ipsis verba salutis et verae fidei in Christo annuntiantes. Unde multos ex eadem turba ad agnitionem Dei reduxerunt deducentes eos ad umbilicum, id est ad fontem baptismatis, in quo receperunt sanctitatem perditam in superba transgressione, atque sanctam civitatem praeceptorum Dei erexerunt reaedificantes eis ipsam qua eos insidiator diabolus spoliaverat in Adam et eam in fide ad salutem eis reddiderunt. Qui autem fidem baptismatis et munimentum jussionis Dei propter incredulitatem suam recipere nolebant, hos in praeconiis signorum pertransierunt, ac eos ob duritiam et incredulitatem quae in ipsis erat condemnantes, morti tradiderunt, quia in sceleribus suis et in sordibus pollutionum carnis, atque in illecebris fornicationum et adulteriorum suorum se involventes ut porcus luto involvitur, ad veram fidem converti noluerunt, unde et a vita divisi et separati sunt. Sicque Filius Dei a multis et admirandis signis in toto terrarum orbe manifestatus est ex Patre secundum divinitatem ante tempora ineffabiliter genitus fuisse, et post in tempore secundum humanitatem mirabiliter incarnatus esse ex Virgine, ita quod corda omnium haec audientium horrore et tremore nimio sint concussa, et quod vana ac fallacia opera quae secundum voluptates suas fecerunt, ad nihilum in eis per contemptum mortis sint redacta vero verbo Dei testimonium sanctae Trinitati atque vivificae salvationi quae fit per aquam regenerationis ad vitam reddente, ut dilectus Joannes in verbis exhortationis suae ostendit dicens: Et Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas, quia tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua et sanguis, et tres unum sunt. Et tres sunt qui dant testimonium in coelo: Pater, Verbum et Spiritus, et tres unum sunt (I Joan. V).

El mismo Espíritu Santo también les quitó el temor de los hombres; de modo que no había en ellos tal pavor que temiesen la saña de los hombres para no hablar la palabra de Dios, sino que toda timidez de este tipo les fue quitada con tanto ardor y tanta rapidez que quedaron como secos y no blandos, sino como muertos ante toda adversidad que pudiera haberles ocurrido. Por lo cual también, perfeccionado pronto su sentido, recordaron todas las cosas que antes, lentos en la fe, habían oído negligentemente y percibido de Cristo: reduciéndolas a la memoria como si en esa misma hora las hubieran conocido de Él. Y partiendo hacían su camino entre los pueblos incrédulos que no tenían ombligos, esto es, el sello, a saber, la ciencia de la santa inocencia y la justicia, y para quienes su ciudad, a saber, los instrumentos de la ley de Dios, había sido destruida en la infidelidad, anunciándoles las palabras de la salvación y de la verdadera fe en Cristo. De donde redujeron a muchos de la misma turba al conocimiento de Dios, conduciéndolos al ombligo, esto es, a la fuente del bautismo, en la que recibieron la santidad perdida en la soberbia transgresión, y erigieron la santa ciudad de los preceptos de Dios, reedificándoles aquella misma de la que el acechador diablo los había despojado en Adán, y se la devolvieron en la fe para la salvación. Pero a los que no querían recibir la fe del bautismo y el baluarte del mandato de Dios por causa de su incredulidad, a estos los pasaron por alto en las proclamas de las señales, y condenándolos por la dureza e incredulidad que había en ellos, los entregaron a la muerte, porque envolviéndose en sus crímenes y en las suciedades de las poluciones de la carne, y en los halagos de sus fornicaciones y adulterios como el puerco se envuelve en el lodo, no quisieron convertirse a la verdadera fe, por lo cual también fueron divididos y separados de la vida. Y así el Hijo de Dios fue manifestado por muchas y admirables señales en todo el orbe de las tierras como habiendo sido engendrado inefablemente del Padre según la divinidad antes de los tiempos, y después en el tiempo maravillosamente encarnado de la Virgen según la humanidad, de modo que los corazones de todos los que oían estas cosas fueron sacudidos con horror y temblor excesivo, y que las obras vanas y falaces que hicieron según sus placeres fueron reducidas a nada en ellos por el desprecio de la muerte, dando testimonio la verdadera palabra de Dios a la santa Trinidad y a la vivificante salvación que se hace por el agua de la regeneración que devuelve a la vida, como el amado Juan muestra en las palabras de su exhortación diciendo: 'Y el Espíritu es el que da testimonio, porque Cristo es la verdad. Porque tres son los que dan testimonio en la tierra: el espíritu, el agua y la sangre; y estos tres son uno. Y tres son los que dan testimonio en el cielo: el Padre, el Verbo y el Espíritu; y estos tres son uno' (1 Juan 5).

Hoc tale est: Spiritus hominis spiritualis est videlicet non procedens de sanguine nec nascens de carne, sed currens de arcano Dei, existens illi invisibilis quod mutabilitati subjectum est. Ideoque est illius testificatio ad Filium Dei cujus gloria mirabilis est in mystico spiramine, quam nullus hominum perfecte intelligere valet, scilicet quomodo idem Unigenitus Dei de Spiritu sancto receptus sit et in hunc mundum venerit, sicut etiam nullus hominum plene scire poterit: quomodo anima pertranseat corpus et sanguinem hominis, ita quod eis una vita sit. Et sicut spiritus hominis in certissima causa scientiae quae ei a Deo data est, pertransiens in ea omnia quae sibi a Deo concessa sunt, quoniam non est falsa et deceptoria vita sed vera et fida: ita est Christus perfecta veritas in qua vita surrexit, et lumen salvationis refulsit, de qua mors cecidit quia ipsa fallax est.

Et tria sanctam Trinitatem significantia testimonium dant in terra: ita quod ostendunt et tribuunt in praesenti saeculo remedium vivificae salvationis per quod veniendum est ad coelestia sine termino permansura, quae nondum immortalitatis habentur in re, sed in spe exspectantur. Nam spiritus hominis habet ex me testimonium in se quod non est in plena vita restaurationis salutis, nisi resurgat pro me in aqua regenerationis, quia defecit in illo lumine quod lucet in me: expulso de felicitate per corruptam conceptionem criminis quod crescit in sanguine. Et aqua habet testimonium illud, quae omnia sordida purget in se, et quod ipsa mortifera perditio mortis per purissimam purgationem pereat in ea, hic spiritui ante sanguinem adjuncta, quia ut spiritus spiritualis est; sic et aqua spiritualem affert sanctificationem, et media inter spiritum et sanguinem posita, quoniam et animam et corpus per spiritualem generationem confortans transmittit ad vitam. Sanguis quoque hoc testimonium habet, quod venenosa itinera sua retorqueat ad domum sanctificationis per aquam salvationis, quae est medicinalis vis in Filio meo incipiens, et in ipso ad vitam permanens, quia sanguis in se continet valde culpabilia crimina, magnamque inquietudinem injustitiae per errantia scilicet itinera currens in tortuosa dulcedine quae ardenti libidini servit et quae innocentiam per horrida vitia suffocat, crescere incipiens per gestum comedentis de suggestione insidiatoris diaboli.

Esto es así: El espíritu del hombre es espiritual, a saber, no procediendo de la sangre ni naciendo de la carne, sino corriendo del arcano de Dios, siéndole invisible lo que está sujeto a la mutabilidad. Y por tanto es su testimonio para el Hijo de Dios cuya gloria es admirable en el soplo místico, la cual ninguno de los hombres puede entender perfectamente, a saber, cómo el mismo Unigénito de Dios fue recibido del Espíritu Santo y vino a este mundo, así como ninguno de los hombres podrá saber plenamente cómo el alma atraviesa el cuerpo y la sangre del hombre, de modo que haya para ellos una sola vida. Y así como el espíritu del hombre en la certísima causa de la ciencia que le ha sido dada por Dios, atravesando en ella todas las cosas que le han sido concedidas por Dios, puesto que no es una vida falsa y engañosa sino verdadera y fiel: así Cristo es la verdad perfecta en la que la vida resurgió, y la luz de la salvación resplandeció, de la cual la muerte cayó porque ella misma es falaz.

Y tres cosas que significan la santa Trinidad dan testimonio en la tierra: de modo que muestran y conceden en el presente siglo el remedio de la vivificante salvación por el cual se ha de llegar a las cosas celestiales que han de permanecer sin término, las cuales aún no se poseen en realidad como inmortalidad, sino que se esperan en esperanza. Pues el espíritu del hombre tiene de Mí testimonio en sí mismo de que no está en la plena vida de la restauración de la salud, a menos que resurja para Mí en el agua de la regeneración, porque desfalleció en aquella luz que luce en Mí: expulsado de la felicidad por la corrupta concepción del crimen que crece en la sangre. Y el agua tiene aquel testimonio, la cual purga en sí todas las cosas sucias, y que la misma mortífera perdición de la muerte perezca en ella por la purísima purificación, adjunta aquí al espíritu antes que a la sangre, porque así como el espíritu es espiritual, así también el agua trae la santificación espiritual, y puesta en medio entre el espíritu y la sangre, puesto que transmite tanto al alma como al cuerpo a la vida, confortándolos por la generación espiritual. La sangre también tiene este testimonio, que retuerza sus caminos venenosos hacia la casa de la santificación por el agua de la salvación, la cual es la fuerza medicinal que comienza en mi Hijo, y permanece en Él para la vida, porque la sangre contiene en sí crímenes muy culpables, y corre una gran inquietud de injusticia por caminos errantes, a saber, en la tortuosa dulzura que sirve a la ardiente libido y que sofoca la inocencia por los horridos vicios, comenzando a crecer por el gesto del que come por sugerencia del acechador diablo.

Et haec tria unum quoniam spiritus non est vivens homo sine sanguinea materia corporis, nec sanguinea materia corporis vivens homo, sine anima, nec haec duo reviviscunt in gratia novae legis ad vitam nisi per aquam regenerationis, et ita unum sunt in redemptione, nec sunt integra in salvatione quandiu ab hac salutari aqua sunt separata, quia rationalitati deest praecellens honor vitae, in qua redemptus homo semper resonare debet perfectam laudem in conspectu Dei qui ipsi rationalitatem dedit. Nam Deus propria voluntate sua creavit hominem ad honorem illum qui completur in corpore Filii ejus in vita aeterna: cum perditus homo, reviviscit in honore vitae salutifera gratia redemptus in Deo.

Et spiritus quidem invisibilis corporalibus oculis existens, designat Patrem omni creatura inaestimabilem, et aqua purgationem sordis faciens, significat Verbum, id est Filium passione sua abstergentem maculas hominum, atque sanguis circumplectens et calefaciens hominem, figurat Spiritum sanctum suscitantem et incendentem clarissimas virtutes in hominibus. Sic tria haec videlicet spiritus, aqua et sanguis sunt in uno, et unus in tribus, et unum sunt in salvatione, scilicet ut dictum est, atque Trinitatem in unitate et unitatem in Trinitate demonstrant. Quomodo? Sancta et coelestis Trinitas dat coeleste testimonium: ita quod non est ab alio sumptum, sed certa fide in ipsa manifestatum. Quomodo? Pater testificatur quod unicum fructuosum Verbum suum, quod ante saecula genuit, per quod omnia creata sunt, ipsum postea in praedestinato tempore in Virgine gloriosissime floruit. Verbum autem testificatur quod exivit a Patre, inclinans se ad humanam naturam incarnatus videlicet in pudore virginitatis, quia exivit a Patre spirituali egressione, et iterum rediit ad Patrem in carnis fructuositate, hic in medio positum, quoniam a Patre est ante tempora invisibiliter genitum, et de Spiritu sancto in Virginis utero in tempore corporaliter conceptum. Sanctus vero Spiritus testificatur quod accendit integritatem Virginis, ita quod Verbum Dei conciperet: et quod doctrinam ejusdem Verbi in igneis linguis firmavit, cum apostolos ita perfudit ut per totum mundum veram Trinitatem vociferarentur. Quomodo? Ipsi clamabant quod Deus Pater perfecit illud quod creavit hominem ad supernam felicitatem, qua spoliatus erat homo, quia ipse de limo terrae factus in erectione sursum, sed voluntate sua declinans se ad terram deorsum: nunc in gratia per incarnatum Dei Filium erectus denuo sursum, et per Spiritum sanctum illuminatus et confirmatus ne periret in perditione, sed ut salvaretur in redemptione restitutus est aeternae claritati.

Y estos tres son uno, puesto que el espíritu no es hombre vivo sin la materia sanguínea del cuerpo, ni la materia sanguínea del cuerpo es hombre vivo sin el alma, ni estos dos reviven en la gracia de la nueva ley para la vida si no es por el agua de la regeneración, y así son uno en la redención, ni son íntegros en la salvación mientras estén separados de esta agua saludable, porque a la racionalidad le falta el honor excelente de la vida, en la cual el hombre redimido siempre debe resonar la alabanza perfecta en presencia de Dios que le dio la racionalidad. Pues Dios por su propia voluntad creó al hombre para aquel honor que se completa en el cuerpo de su Hijo en la vida eterna: cuando el hombre perdido revive en el honor de la vida, redimido en Dios por la gracia saludable.

Y ciertamente el espíritu, siendo invisible a los ojos corporales, designa al Padre, inestimable para toda criatura; y el agua, haciendo la purga de la suciedad, significa al Verbo, esto es, al Hijo que con su pasión limpia las manchas de los hombres; y la sangre, rodeando y calentando al hombre, figura al Espíritu Santo que suscita e enciende las clarísimas virtudes en los hombres. Así estas tres cosas, a saber, el espíritu, el agua y la sangre, están en uno, y uno en tres, y son uno en la salvación, a saber, como se ha dicho, y demuestran la Trinidad en la unidad y la unidad en la Trinidad. ¿Cómo? La santa y celestial Trinidad da testimonio celestial: de modo que no es tomado de otro, sino manifestado en sí misma por fe cierta. ¿Cómo? El Padre testifica que su único y fructífero Verbo, al que engendró antes de los siglos, por el cual todas las cosas fueron creadas, el mismo después en el tiempo predestinado floreció gloriosísimamente en la Virgen. Pero el Verbo testifica que salió del Padre, inclinándose a la naturaleza humana, encarnado a saber en el pudor de la virginidad, porque salió del Padre por una egresión espiritual, y de nuevo volvió al Padre en la fructuosidad de la carne, puesto aquí en medio, puesto que del Padre fue engendrado inefablemente antes de los tiempos, y del Espíritu Santo en el útero de la Virgen fue concebido corporalmente en el tiempo. El Espíritu Santo en verdad testifica que encendió la integridad de la Virgen, de modo que concibiera al Verbo de Dios: y que confirmó la doctrina del mismo Verbo en lenguas de fuego, cuando inundó a los apóstoles de tal modo que por todo el mundo vociferaran la verdadera Trinidad. ¿Cómo? Ellos clamaban que Dios Padre perfeccionó aquello que creó, al hombre para la felicidad superna, de la cual el hombre había sido despojado, porque él mismo fue hecho del limo de la tierra en erección hacia arriba, pero por su voluntad inclinándose hacia la tierra hacia abajo: ahora en la gracia por el encarnado Hijo de Dios erigido de nuevo hacia arriba, y por el Espíritu Santo iluminado y confirmado para que no pereciera en la perdición, sino para que se salvara en la redención restituido a la claridad eterna.

Sic Pater, Filius et Spiritus sanctus testantur quod omnino non distinguuntur in potestate, quamvis in personis distinguantur, quia simul operantur in unitate simplicis et incommutabilis substantiae. Quomodo? Quoniam Pater est creans scilicet omnia per Verbum, id est per Filium suum in Spiritu sancto; Filius per quem omnia perficiuntur, in Patre et Spiritu sancto; Spiritus sanctus per quem virent omnia, in Patre et Filio. Et hae tres personae sunt ita in unitate inseparabilis substantiae, quod non confunduntur vicissim in se. Quomodo? Ideo quoniam qui genuit Pater est, et qui natus est Filius est, et qui a Patre et Filio ardentissima viriditate procedit, et in specie innocentis alitis super aquas apparens eas sanctificavit, et apostolos igneo ardore perfudit, Spiritus sanctus est. Pater enim ante tempora saeculorum habuit Filium, Filiusque erat apud Patrem, Spiritu sancto aeternaliter Patri Filioque in unitate divinitatis coaeterno. Unde considerandum est quia si ex his tribus personis duae vel una deesset, non esset Deus in plenitudine sua. Quomodo? Quia ipsae sunt una unitas divinitatis, quoniam si aliqua earum deesset, Deus non esset. Nam quamvis eaedem personae ita distinctae sint, tamen sunt una et integra atque incommutabilis substantia inaestimabilis pulchritudinis, permanens in indivisa unitate. Quomodo? Potestas, voluntas, ardor: hi tres apices in uno culmine operationis sunt. Quomodo? In potestate voluntas, in voluntate ardor et inseparabiles sunt, sicut et halitus hominis in sua emissione. Quomodo? Circuiens ventus cum humiditate et calore est indivisibili emissione in hominis spiratione, sicut et oculus tuus in sua integritate. Quomodo? Circulus oculi tui habet duo perlucida in se unum tamen habitaculum existens, omniaque regens quae sibi constituta sunt. Audi et intellige, homo. Sic tres personae in una incommutabili essentia divinitatis sunt. In Patre Filius, in utroque Spiritus sanctus, et unum sunt sibique inseparabiliter cooperantur; quoniam nec Pater operatur sine Filio, nec Filius sine Spiritu sancto, nec Spiritus sanctus sine ipsis, nec Pater, nec Filius, sine Spiritu sancto, qui unitas indivisa sunt. Sic est Deus in tribus personis absque initio ante aevum; nondum ante exordium mundi assumptione carnis in Filio peracta, usque ad praeordinatum tempus ubi venit plenitudo temporis illius cum misit Deus Filium suum. Sed et eodem Filio incarnato, idem Deus est in tribus personis, volens ita in eis invocari, cum idem virgineus flos floruit in integritate virginitatis, nec ineffabili Trinitati ob hoc persona addita est; sed tantum ipse Filius Dei induit carnem inviolabiliter assumptam. Unde et hae tres personae sunt unus Deus in divinitate. Et qui sic non credit, ille abscindetur de regno Dei, quia scindit integritatem divinitatis et se ipsum in fide, ut scriptum est: In die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saul veste conscissa et pulvere aspersus caput (II Reg. I).

Así el Padre, el Hijo y el Espíritu Santo testifican que no se distinguen en absoluto en la potestad, aunque se distingan en las personas, porque obran juntamente en la unidad de una sustancia simple e inmutable. ¿Cómo? Puesto que el Padre es el que crea, a saber, todas las cosas por el Verbo, esto es, por su Hijo en el Espíritu Santo; el Hijo por quien todas las cosas son perfeccionadas, en el Padre y el Espíritu Santo; el Espíritu Santo por quien todas las cosas verdean, en el Padre y el Hijo. Y estas tres personas están de tal modo en la unidad de la sustancia inseparable, que no se confunden recíprocamente entre sí. ¿Cómo? Por esto, porque quien engendró es el Padre, y quien nació es el Hijo, y quien procede del Padre y del Hijo con ardentísima viridez, y apareciendo sobre las aguas en especie de ave inocente las santificó, e inundó a los apóstoles con ígneo ardor, es el Espíritu Santo. Pues el Padre antes de los tiempos de los siglos tuvo al Hijo, y el Hijo estaba junto al Padre, siendo el Espíritu Santo eternalmente coeterno con el Padre y el Hijo en la unidad de la divinidad. Por lo cual ha de considerarse que si de estas tres personas faltaran dos o una, Dios no estaría en su plenitud. ¿Cómo? Porque ellas mismas son una sola unidad de la divinidad, puesto que si alguna de ellas faltara, Dios no sería. Pues aunque las mismas personas estén así distintas, sin embargo son una sola e íntegra e inmutable sustancia de inestimable hermosura, permaneciendo en unidad indivisa. ¿Cómo? Potestad, voluntad, ardor: estos tres ápices están en una sola cumbre de operación. ¿Cómo? En la potestad la voluntad, en la voluntad el ardor, y son inseparables, así como el aliento del hombre en su emisión. ¿Cómo? El viento que circula con la humedad y el calor está en emisión indivisible en la espiración del hombre, así como tu ojo en su integridad. ¿Cómo? El círculo de tu ojo tiene dos cosas traslúcidas en sí, existiendo sin embargo como un solo habitáculo, y rigiendo todas las cosas que le han sido constituidas. Oye y entiende, hombre. Así las tres personas están en una sola e inmutable esencia de la divinidad. En el Padre el Hijo, en ambos el Espíritu Santo, y son uno y cooperan entre sí inseparablemente; puesto que ni el Padre obra sin el Hijo, ni el Hijo sin el Espíritu Santo, ni el Espíritu Santo sin ellos, ni el Padre ni el Hijo sin el Espíritu Santo, que son unidad indivisa. Así es Dios en tres personas sin principio antes de la edad; aún antes del exordio del mundo no realizada la asunción de la carne en el Hijo, hasta el tiempo preordinado cuando vino la plenitud de aquel tiempo en que Dios envió a su Hijo. Pero aun encarnado el mismo Hijo, el mismo Dios está en tres personas, queriendo ser así invocado en ellas, cuando la misma flor virginal floreció en la integridad de la virginidad, ni por esto se añadió una persona a la inefable Trinidad; sino que solo el mismo Hijo de Dios se vistió de la carne inviolablemente asumida. Por lo cual también estas tres personas son un solo Dios en la divinidad. Y quien así no crea, ese será cortado del reino de Dios, porque rasga la integridad de la divinidad y a sí mismo en la fe, como está escrito: 'Al tercer día apareció un hombre que venía del campamento de Saúl con la vestidura rasgada y la cabeza esparcida de polvo' (2 Samuel 1).

Hoc tale est: In illa die cum catholica fides orta est in manifestatione sanctae Trinitatis, pullulabant homines in multo schismate venientes ab exercitu mortiferae cohortis, perverse illud scrutantes quod non est possibile homini scire. Unde incarnati per multas suasiones diabolicae artis, fingunt se ascendere super illam altitudinem, ita quod volunt scire plus quam eis sciendum sit de incomprehensibili divinitate. Et ideo a veste salutis et justitiae scinduntur quia Deo contrarii sunt, atque foedantur pro diversitatem sparsionis; in capite fidei fidem integram non habentes, sed unicum honorem deitatis in multas sectas spargentes, atque superiorem honorem suum in irrisione schismatis minuentes. Qui omnes a Deo dijudicabuntur, ut in sequentibus ita continetur: Dixit David ad juvenem qui nuntiaverat ei: Unde es tu? Qui respondit: Filius hominis advenae Amalachitae ego sum. Et ait ad eum David: Quare non timuisti mittere manum tuam, ut occideres christum Domini? Vocavitque David unum de pueris suis et ait: Accedens irrue in eum. Qui percussit illum et mortuus est. Et ait ad eum David: Sanguis tuus sit super caput tuum. Os enim tuum locutum est adversum te, dicens: Ego inferfeci christum Domini (ibid.).

Hoc tale est: Ille victoriosus qui incomprehensibilis est omni creaturae, dicit ad puerilem ignorantiam, quae est in homine, ad illam scilicet pueritiam quae sibi ipsi facit exaltationem, hoc volens scire quod sciendum non est, in qua stultitia invadit Deum quasi per temeritatem annuntians ei: scio te bene, Domine. Ita quod ipse respondet illi, sic. Unde es tu qui habens initium vis scire totum quod caret initio? Et stultitia quae orta est in homine initium habens, respondet quasi in scientia sua dicens: Ego sum filius hominis qui peregrinus est, huc veniens ab hac maledicta terra, quia primus homo lapsus in gustu pomi, fecit iter in hoc exsilium de patria, cujus et ego progenies sum. Tunc dicit Deus ad eum: Quia homo es a maledicta terra et pulsus de patria ut exsul, quare non timuisti tanta praesumptione scrutari, quod tibi sciendum non est, suffocans opus tuum, ita quod nullo modo utile est in lumine spei, et tangens in eo malum homicidii; quia quicunque temere scrutatur quid Deus fecerit ante creaturam mundi, vel quid Deus facturus sit post novissimum diem: hic anathematizatus sit a portione beatae communionis, quoniam hoc ei sciendum non est, qui habet mortale initium, peccatis gravatum; sed miser erit a felici salute bonae scientiae, quia in pertinacia perscrutatus est quod scrutari non debuit.

Esto es así: En aquel día cuando la fe católica surgió en la manifestación de la santa Trinidad, brotaban hombres en mucho cisma que venían del ejército de la cohorte mortífera, escrutando perversamente aquello que no es posible que el hombre sepa. Por lo cual, encarnados por muchas persuasiones del arte diabólica, fingen que ascienden sobre aquella altura, de modo que quieren saber más de lo que deben saber sobre la incomprensible divinidad. Y por tanto son rasgados de la vestidura de la salvación y de la justicia porque son contrarios a Dios, y son afeados por la diversidad de la dispersión; en la cabeza de la fe no tienen la fe íntegra, sino que esparcen el único honor de la deidad en muchas sectas, y disminuyen su honor superior en la irrisión del cisma. Todos los cuales serán juzgados por Dios, como se contiene en lo que sigue: 'Dijo David al joven que se lo había anunciado: ¿De dónde eres tú? El cual respondió: Soy hijo de un hombre advenedizo amalecita. Y le dijo David: ¿Por qué no temiste poner tu mano para matar al ungido del Señor? Y llamó David a uno de sus criados y dijo: Accediendo, arremete contra él. El cual lo hirió y murió. Y le dijo David: Tu sangre sea sobre tu cabeza. Pues tu boca ha hablado contra ti, diciendo: Yo maté al ungido del Señor' (ibid.).

Esto es así: Aquel victorioso que es incomprensible para toda criatura, dice a la ignorancia pueril que hay en el hombre, a saber, a aquella puerilidad que se hace a sí misma una exaltación, queriendo saber esto que no ha de saberse, en cuya estulticia invade a Dios casi por temeridad anunciándole: te conozco bien, Señor. De modo que Él le responde así: ¿De dónde eres tú que teniendo principio quieres saber todo lo que carece de principio? Y la estulticia que surgió en el hombre teniendo principio, responde casi en su ciencia diciendo: Yo soy hijo de un hombre que es peregrino, que viene aquí de esta tierra maldita, porque el primer hombre caído en el gusto de la manzana, hizo el camino hacia este exilio desde la patria, de quien también yo soy progenie. Entonces Dios le dice: Porque eres hombre de tierra maldita y expulsado de la patria como exiliado, ¿por qué no temiste con tanta presunción escrutar lo que no has de saber, sofocando tu obra, de modo que en modo alguno sea útil en la luz de la esperanza, y tocando en ella el mal del homicidio; porque cualquiera que temerariamente escrute qué hizo Dios antes de la criatura del mundo, o qué ha de hacer Dios después del novísimo día: sea anatematizado de la porción de la beata comunión, puesto que esto no ha de saberse por quien tiene un principio mortal, gravado por los pecados; sino que será miserable de la feliz salvación de la buena ciencia, porque con pertinacia ha escrutado lo que no debió escrutar.

Idcirco tu qui haec praesumptuose et crudeliter per occisionem facis, beatam intelligentiam regalis prophetiae in te interficis, quia anima tua deberet providere sibi puram scientiam, fideliter scilicet in illa simplicitate quae conveniens, et credere in Deum. Tunc praecipit Deus zelo purissimae justitiae suae quae non habet ullam maculam iniquitatis, vocans eum per rectissimam unitatem judicii judiciorum suorum, sic dicens: Festina et opprime illum de bona scientia sua quam habuit ne quiescat in ulla felicitate sui sensus; quoniam nullam fecit mihi requiem in corde meo. Et sic plaga zeli Domini percutit illum: ita quod nulla scintillula ullius oculi ipsi permanebit ad videndum, id est cognoscendum Deum. Unde et moritur justitiae vitalis consolationis, se ipsum non valens regere. Tunc dicit ad eum Deus: Sanguinolentum nefas tuum, quo te elevas ad illa excelsa quae non potes intueri, sit super animum tuum; quem injuste erigis contra me, illud malum conculcet te in depressum locum de quo te levare non possis, in rectam mensuram propositionis fidei; qui recta vestigia ire noluisti, sed in sensu tuo magnum schisma quaesivisti. Nam os tuum sit relictum a verbis sapientiae; quoniam locutum est contra salutem tuam, cum fallaciter scrutatus es secretam et incomprehensibilem divinitatem, praesumens scire quae non sunt scienda, temere dicens in te ipso quid Deus sit bene scio, per temeritatem istam occidens interiorem salutem tuam, cum caute in Deum credere noluisti, sed te superbe contra eum erexisti. Qui autem acutas aures interioris intellectus habet: hic in ardenti amore speculi mei, ad verba haec anhelet et ea in conscientia animi sui conscribat.

VISIO OCTAVA.

SUMMARIUM.---Verba humilitatis. Verba charitatis. Verba timoris. Verba obedientiae. Verba fidei. Verba spei. Verba castitatis. Verba gratiae Dei ad admonitionem hominum. Quod humanitas Salvatoris ecclesiasticam aedificationem sustentans, apparet in fide populorum fideliter operantium. Quod sanctitudo verae incarnationis humanis mentibus obumbrata, ab interioribus fide et opere cognoscitur, exterioribus fama et voce manifestatur. Quod soli Deo cognitum est quot et quales futuri sint ut perficiatur corpus Christi.

Por tanto tú, que haces estas cosas presuntuosa y cruelmente por el asesinato, matas en ti la beata inteligencia de la profecía real, porque tu alma debería proveerse de ciencia pura, a saber fielmente en aquella simplicidad que es conveniente, y creer en Dios. Entonces manda Dios por el celo de su purísima justicia que no tiene ninguna mancha de iniquidad, llamándolo por la rectísima unidad del juicio de sus juicios, diciendo así: Apresúrate y oprímelo de su buena ciencia que tuvo para que no descanse en ninguna felicidad de su sentido; puesto que no me dio ningún descanso en mi corazón. And así la plaga del celo del Señor lo hiere: de modo que ninguna centellita de ojo alguno le permanecerá para ver, esto es, conocer a Dios. Por lo cual también muere a la justicia de la vital consolación, no pudiendo regirse a sí mismo. Entonces le dice Dios: Tu necedad sanguinolenta, con la que te elevas a aquellas alturas que no puedes contemplar, sea sobre tu alma; la cual injustamente eriges contra mí, que aquel mal te conculque en el lugar deprimido del que no puedas levantarte, en la recta medida de la proposición de la fe; tú que no quisiste ir por rectos vestigios, sino que en tu sentido buscó un gran cisma. Pues que tu boca sea abandonada de las palabras de la sabiduría; puesto que ha hablado contra tu salvación, cuando falazmente escrutaste la secreta e incomprensible divinidad, presumiendo saber lo que no ha de saberse, diciendo temerariamente en ti mismo 'bien sé qué es Dios', matando por esta temeridad tu salvación interior, cuando cautamente no quisiste creer en Dios, sino que te erigiste soberbiamente contra Él. Pero quien tiene oídos agudos del intelecto interior: que anhele por estas palabras en el ardiente amor de mi espejo, y que las escriba en la conciencia de su alma.

VISIÓN OCTAVA.

SUMARIO.---Palabras de la humildad. Palabras de la caridad. Palabras del temor. Palabras de la obediencia. Palabras de la fe. Palabras de la esperanza. Palabras de la castidad. Palabras de la gracia de Dios para la amonestación de los hombres. Que la humanidad del Salvador, sustentando la edificación eclesiástica, aparece en la fe de los pueblos que obran fielmente. Que la santidad de la verdadera encarnación, ensombrecida para las mentes humanas, es conocida por las cosas interiores por la fe y la obra, y manifestada a las exteriores por la fama y la voz. Que solo a Dios es conocido cuántos y cuáles han de ser para que se perfeccione el cuerpo de Cristo.

Quod omnia opera incarnati Filii Dei et collectio Ecclesiae de quatuor partibus mundi, sunt in voluntate Patris. Quod in Christo omnes virtutes acuto studio pleniter operantur et in ipso aperte manifestatae sunt. Quod septem virtutes, septem dona Spiritus sancti significant. Verba Isaiae de eadem re. Verba Salomonis ad eamdem rem. De statu et habitu praedictarum virtutum et quid significet. De humilitate. De charitate. De timore Domini. De obedientia. De fide. De spe. De castitate. De gratia Dei et statu et habitu ejus et quid significet.

Et deinde in plaga meridiana in praefato lapideo muro demonstrati aedificii ultra praedictam columnam verae Trinitatis, iterum vidi quasi columnam magnam et obumbratam intra et extra aedificium apparentem, quae scilicet visui meo tam umbrosa apparuit, ut nec magnitudinem, nec altitudinem ejus cognoscere valerem. Et inter columnam hanc atque columnam verae Trinitatis erat interruptus locus longitudinis trium cubitorum, vacuusque absque muro, ut superius ostensum est, fundamento ibi tantum posito. Haec ergo umbrosa columna in hoc ipso aedificio in illo loco stabat, ubi desuper in coelestibus mysteriis coram Deo illum magnum et quadratum lucidissimique candoris splendorem prius videram, qui secretum superni Creatoris designans in maximo mysterio mihi manifestatus est, in quo etiam alius splendor velut aurora in se aeream in alto purpureae lucis claritatem habens fulgebat; per quem mihi in mystica ostensione mysterium incarnati Filii Dei demonstratum fuerat. In columna autem ista ab imo usque ad summum ejus in modum scalae ascensus erat, ubi omnes virtutes Dei descendentes et ascendentes oneratas lapidibus ad opus suum ire videbam, intentum studium idem opus perficiendi habentes. Et audivi lucidum illum qui sedebat in throno dicentem: Isti fortissimi operarii Dei sunt.

Sed inter has virtutes, praecipue septem videbam; quarum etiam formas et habitus diligentissime considerabam. Talis igitur similitudo in eis erat, omnes ut aliae virtutes quae supra memoratae sunt, veluti vestibus ex serice induebantur. Sed et omnes albis crinibus retecto capite, et absque amictu palliorum incedebant, praeter primam more femineo in capite velatam, atque quasi casula tanquam crystallus perlucida indutam, et praeter secundam nigros capillos habentem, atque praeter tertiam quae dissimilis humanae formae videbatur. Prima quoque et quarta atque quinta, albis tunicis vestiebantur. Omnes etiam alba calceamenta habebant, excepta tertia secundum speciem hominis non apparente, ut dictum est, et excepta quarta quae crystallinis calceamentis miro modo lucentibus calceabatur. Haec autem in eis fuit dissimilitudo.

Que todas las obras del encarnado Hijo de Dios y la colección de la Iglesia de las cuatro partes del mundo, están en la voluntad del Padre. Que en Cristo todas las virtudes obran plenamente con agudo estudio y en Él han sido manifiestamente declaradas. Que las siete virtudes significan los siete dones del Espíritu Santo. Palabras de Isaías sobre el mismo asunto. Palabras de Salomón para el mismo asunto. Sobre el estado y hábito de las predichas virtudes y qué significa. Sobre la Humildad. Sobre la Caridad. Sobre el Temor del Señor. Sobre la Obediencia. Sobre la Fe. Sobre la Esperanza. Sobre la Castidad. Sobre la Gracia de Dios y su estado y hábito y qué significa.

Y luego, en la región meridional, en el predicho muro de piedra del edificio mostrado, más allá de la predicha columna de la verdadera Trinidad, vi de nuevo como una columna grande y ensombrecida que aparecía dentro y fuera del edificio, la cual ciertamente apareció tan sombría a mi vista que no pude conocer ni su tamaño ni su altura. Y entre esta columna y la columna de la verdadera Trinidad había un lugar interrumpido de tres codos de longitud, vacío y sin muro, como se mostró arriba, con solo el fundamento allí puesto. Esta columna sombría, por tanto, estaba en este mismo edificio en aquel lugar donde arriba, en los misterios celestiales ante Dios, había visto antes aquel grande y cuadrado esplendor de cándida blancura, que designando el secreto del Creador superno me fue manifestado en el máximo misterio, en el cual también brillaba otro esplendor como la aurora que tenía en sí una aérea claridad de luz purpúrea en lo alto; por el cual me había sido demostrado en mística ostensión el misterio del encarnado Hijo de Dios. Además, en esa columna, desde su fondo hasta su cima, había un ascenso a modo de escala, donde veía a todas las virtudes de Dios descender y ascender cargadas de piedras para ir a su obra, teniendo el estudio atento de perfeccionar la misma obra. Y oí a aquel lúcido que se sentaba en el trono diciendo: Estos son los fuertísimos operarios de Dios.

Pero entre estas virtudes, veía especialmente siete; cuyas formas y hábitos también consideraba muy diligentemente. Tal era pues la similitud en ellas: todas, como las otras virtudes que se mencionaron arriba, se vestían como con vestiduras de seda. Pero también todas caminaban con cabellos blancos y la cabeza descubierta, y sin el manto de palios, a excepción de la primera, velada en la cabeza al modo femenino y vestida casi con una casulla traslúcida como el cristal; y a excepción de la segunda que tenía cabellos negros; y a excepción de la tercera que parecía distinta de la forma humana. La primera también y la cuarta y la quinta se vestían con túnicas blancas. Todas además tenían calzado blanco, excepto la tercera que no aparecía según la especie de hombre, como se ha dicho, y excepto la cuarta que calzaba zapatos cristalinos que brillaban de modo admirable. Esta fue pues la disimilitud en ellas.

Prima imago portabat coronam auream capiti suo impositam, tres ramos altius exstantes habentem, atque pretiosissimis lapidibus viridis et rubei coloris et albis baccis multo fulgentem ornatu. In pectore vero suo habebat speculum lucidissimum, in quo mira claritate imago incarnati Filii Dei apparebat. Et ait: Ego sum columna humilium mentium, et interfectrix superborum cordium. In minimo incepi et ad ardua coelorum ascendi; Lucifer erexit se sursum super se, et corruit sub se deorsum. Quisquis me vult imitari Filius meus esse desiderans, si me matrem sitit amplecti opus meum in me perficiendo, hic tangat fundamentum, et leniter ad alta sursum ascendat. Quid hoc? Ipse primum carnis suae vilitatem inspiciat; et sic sursum de virtute in virtutem suavi et leni animo gradatim proficiat, quia qui summum ramum arboris primum apprehendit ad ascendendum, repentino casu saepissime cadit. Qui autem volens ascendere a radice incipit, huic non est tam facile cadendum, si caute incedit.

Sed secunda tota videbatur ut hyacinthus aerei in alto coloris videlicet tam forma quam tunica ipsius. Et eidem tunicae duae zonae inaestimabili modo auro et gemmis ornatae mirabiliter intextae erant; ita ut super utrumque humerum ejusdem imaginis zona una usque ad pedes ipsius, ante et retro descenderet. Dixitque: Ego ad indignationem in coelo provocabar, cum Lucifer se ipsum odio et superbia momordit. Sed OOO humilitas! hoc tolerare noluit. Propter quod etiam ille ruina magna dejectus est; formato autem homine, OOO nobilissimum granum et OOO dulcissimum germen, Filius Dei propter hominem in fine temporum natus est homo. Et quoniam Lucifer voluit et tentavit vestem et integritatem meam scindere, idcirco lucidissimus splendor apparui in Deo et in homine. Nunc autem caeci et mortui, lupanaria et meretrices atque incestas appellant aequivocas meas. Sed quantum impossibile est lutum contingere coelum, tantum impossibile est hanc spurcitiam tangere voluntatem meam. Pennas igitur in aliis virtutibus mihi faciam, cum quibus haec inutilia quae Lucifer per mundum sparsit abjiciam. O virtutes, ubi est Lucifer? In inferno est. Surgamus ergo omnes, ad veram lucem propinquantes, atque aedificemus maximas et fortissimas turres in provinciis; ut cum venerit dies novissimus, plurimum fructum et in spiritualibus et in carnalibus apportemus. Cumque plenitudo gentium introierit, tunc et nos in terra et in coelo perficiemus. O turpissime Lucifer, quid tibi profuit repentina temeritas tua?

La primera imagen portaba una corona de oro impuesta en su cabeza, que tenía tres ramos que sobresalían más alto, y que brillaba con mucho ornato de piedras preciosísimas de color verde y rojo y de perlas blancas. En su pecho en verdad tenía un espejo luminosísimo, en el cual con maravillosa claridad aparecía la imagen del encarnado Hijo de Dios. Y dijo: Yo soy la columna de las mentes humildes, y la matadora de los corazones soberbios. En lo mínimo comencé y a las arduas alturas de los cielos ascendí; Lucifer se erigió hacia arriba sobre sí mismo, y cayó bajo sí mismo hacia abajo. Quienquiera que desee imitarme deseando ser mi hijo, si tiene sed de abrazarme como madre perfeccionando mi obra en mí, que toque el fundamento, y suavemente ascienda hacia arriba a las cosas altas. ¿Qué es esto? Que él primero inspeccione la vileza de su propia carne; y así progrese gradualmente hacia arriba de virtud en virtud con ánimo dulce y suave, porque quien primero aprehende el ramo sumo de un árbol para ascender, con caída repentina muchísimas veces cae. Pero quien queriendo ascender comienza desde la raíz, para este no es tan fácil el caer, si camina cautamente.

Pero la segunda parecía toda como el jacinto de un color aéreo en lo alto, a saber, tanto en la forma como en su túnica. Y a la misma túnica estaban maravillosamente entretejidas dos zonas adornadas de modo inestimable con oro y gemas; de tal modo que sobre cada hombro de la misma imagen una zona descendía hasta sus pies, por delante y por detrás. Y dijo: Yo fui provocada a indignación en el cielo, cuando Lucifer se mordió a sí mismo con odio y soberbia. Pero ¡oh, oh, oh humildad!, ella no quiso tolerar esto. Por lo cual también aquel fue abatido con una gran ruina; formado empero el hombre, ¡oh nobilísimo grano y oh dulcísimo germen!, el Hijo de Dios nació hombre por causa del hombre al final de los tiempos. Y puesto que Lucifer quiso e intentó rasgar mi vestidura e integridad, por eso aparecí como un esplendor luminosísimo en Dios y en el hombre. Ahora empero los ciegos y muertos llaman a los lupanares y a las meretrices y a las incestuosas mis equívocas. Pero cuanto es imposible que el lodo toque el cielo, tanto es imposible que esta suciedad toque mi voluntad. Me haré pues alas en las otras virtudes, con las cuales arrojaré estas cosas inútiles que Lucifer esparció por el mundo. Oh virtudes, ¿dónde está Lucifer? En el infierno está. Surjamos pues todas, acercándonos a la verdadera luz, y edifiquemos las máximas y fuertísimas torres en las provincias; para que cuando venga el día novísimo, aportemos muchísimos frutos tanto en las cosas espirituales como en las carnales. Y cuando la plenitud de las gentes haya entrado, entonces también nosotras perfeccionaremos en la tierra y en el cielo. Oh torpísimo Lucifer, ¿de qué te aprovechó tu repentina temeridad?

In primo splendore tuo, cum creatus es a Deo, voluisti me insaniendo et bacchando conculcare et a coelo dejecere; sed tu in abyssum cecidisti, et ego in coelo permansi, postea descendens ad terras in incarnato Filio Dei. Et per me perfecta est multitudo fidelium mille justis et bonis artibus armatorum; quas ipsis, si posses, jamdudum libentissime diripuisses. O humilitas quae quasi terram calcatos et contritos usque ad sidera elevas: o humilitas quae es gloriosissima regina virtutum, quam forte et invictum es tuis ubique praesidium, nullo cadente qui puro corde diligit te, sicut et ego tecum valde utilis multumque exoptabilis defensio meis sum, quia valde gracilis et subtilis existens parvissima foramina me colentium exquiro, et ea acutissime pertranseo.

Tertiam autem imaginem vidi in eodem schemate ut in priori visione eam videram, majoris scilicet et longioris staturae quam caeteras virtutes, dissimilemque formae humanae et plurimos oculos undique in se habentem, totamque in sapientia viventem, atque indutam quasi umbroso indumento per quod quidem oculi prospiciebant, multoque timore trementem coram praedicto lucido sedente in hrono. Et ait: O vae miseris peccatoribus Deum non timentibus sed eum quasi illusorem habentibus Quis potest incomprehensibilis Dei timorem effugere quem ipse culpabilem sinit perire non abjicientem a se mala? Propterea ego valde et valde Dominum Deum timebo. Quis me adjuvabit coram Deo vero? Quis me liberabit in tremendo ejus judicio? Nullus omnino nisi idem justus Deus. Illum ergo quaeram, ad illum semper fugiam.

Quarta vero niveum vinculum circa collum portabat, atque manus et pedes candido religamine habebat ligatos. Et dixit: Non possum currere secundum voluntatem meam per viam saecularem, nec per contagia humanae voluntatis: et ideo volo redire ad Deum patrem omnium, quem diabolus recusavit, et quem obaudire noluit.

Quinta quoque circa collum rubeum torquem habebat, et ait: Unus est Deus in tribus personis, unius essentiae, et aequalis gloriae colendus; fidem ergo et fiduciam habebo in Domino, et non delebo in aeternum nomen ejus de corde meo.

Sexta autem tunica pallidi coloris induebatur. Et crux passionis crucifixi Filii Dei ante eam in aere apparuit; ad quam ipsa oculos et manus cum multa devotione erigebat, dixitque: O pie Pater, parce peccantibus, qui non dereliquisti exsules, sed elevasti in humeros tuos. Unde etiam jam non perimus spem habentes in te.

En tu primer esplendor, cuando fuiste creado por Dios, quisiste conculcarme enloqueciendo y bacanteando y derribarme del cielo; pero tú caíste al abismo, y yo permanecí en el cielo, descendiendo después a las tierras en el encarnado Hijo de Dios. Y por mí ha sido perfeccionada la multitud de los fieles armados con mil justas y buenas artes; las cuales tú, si pudieras, hace ya mucho les habrías arrebatado de muy buena gana. Oh humildad que elevas hasta los astros a los pisoteados y contritos casi como la tierra: oh humildad que eres la gloriosísima reina de las virtudes, cuán fuerte e invicto baluarte eres para los tuyos en todas partes, no cayendo nadie que te ama con corazón puro, así como yo también contigo soy una defensa muy útil y muy deseable para los míos, porque siendo muy grácil y sutil busco los pequeñísimos orificios de los que me veneran, y los atravieso con toda agudeza.

Mas vi a la tercera imagen en el mismo aspecto en que la había visto en la visión anterior, a saber, de estatura mayor y más larga que las otras virtudes, y disímil a la forma humana y teniendo muchísimos ojos por todas partes en sí misma, y viviendo toda ella en la sabiduría, y vestida casi con una vestidura sombría a través de la cual ciertamente los ojos miraban, y temblando con mucho temor ante el antedicho luciente sentado en el trono. Y dijo: ¡Ay de los míos, de los miserables pecadores que no temen a Dios sino que lo tienen casi por un iluso! ¿Quién puede escapar al temor del incomprensible Dios, a quien él mismo permite perecer como culpable por no arrojar de sí los males? Por eso yo muy mucho y muy mucho temeré al Señor Dios. ¿Quién me ayudará ante el Dios verdadero? ¿Quién me librará en su tremendo juicio? Ninguno en absoluto sino el mismo Dios justo. A él pues buscaré, a él siempre huiré.

La cuarta en verdad portaba un vínculo níveo alrededor del cuello, y tenía las manos y los pies ligados con una atadura blanca. Y dijo: No puedo correr según mi voluntad por la vía secular, ni por los contagios de la voluntad humana: y por eso quiero volver a Dios padre de todos, a quien el diablo rechazó, y a quien no quiso obedecer.

La quinta también tenía alrededor del cuello un collar rojo, y dijo: Uno es Dios en tres personas, de una esencia, y de igual gloria digno de ser adorado; tendré pues fe y confianza en el Señor, y no borraré eternamente su nombre de mi corazón.

La sexta empero se vestía con una túnica de color pálido. Y la cruz de la pasión del crucificado Hijo de Dios apareció ante ella en el aire; hacia la cual ella erguía los ojos y las manos con mucha devoción, y dijo: Oh piadoso Padre, perdona a los que pecan, tú que no desamparaste a los exiliados, sino que los elevaste sobre tus hombros. Por lo cual también ya no perecemos teniendo esperanza en ti.

Sed septima lucidiore et puriore crystallo tunica induebatur; quae ita in candore relucebat, ut aqua resplendet cum sole perfunditur. Et super caput ejus expansis quasi ad volandum alis columba stabat, versa secundum faciem illius. Apparuit autem et quasi in ventre ipsius veluti in speculo candidissimus infans; cujus fronti inscriptum erat innocentia. Habebat quoque in dextra manu regale sceptrum, sinistram autem ad pectus suum apposuerat. Et dicebat: Ego libera sum et non ligata. Purissimum fontem pertransivi, dulcissimum scilicet et amantissimum Filium Dei. Pertransivi eum, ab eoque exivi. Superbissimum autem diabolum conculco non praevalentem ligare me. Ipse abcissus est a me, quia semper maneo in superno Patre. Sed in summitate praefatae obumbratae columnae vidi aliam pulcherrimam imaginem, nudo capite stantem, et crispos ac subnigros capillos habentem, faciemque virilem tantae ardentis claritatis, ut eam perspicue considerare non possem, ut faciem hominis. Erat quoque purpurei et subnigri coloris tunica indata; cui super utrumque humerum ejusdem imaginis zona una coloris rubicundi croci, ante et retro usque ad pedes ejus se extendens intexta fuerat. Habebat autem circa collum episcopale pallium, mirabili modo auro et pretiosissimis gemmis adornatum. Splendor vero candidissimus ita eum ubique circumdederat, ut nusquam nisi ante a capite videlicet et deorsum usque ad pedes ejus ipsam inspicere possem.

Brachia autem et manus atque pedes ipsius mihi ad videndum obumbrati erant. Sed splendor idem qui eam circumdederat, oculis undique plenus erat, totusque vivens, atque hac et illac se diffundens, ut nubes diffluere solet, ita ut nunc latiorem nunc autem constrictiorem se redderet. Et eadem imago voce magna clamavit in mundum, dicens hominibus: Gratia Dei sum, filioli mei: ideo audite et intelligite me, quia illis do lumen animae, qui me intelligunt in admonitione; quos etiam in eadem beatitudine contineo, ne revertantur ad iniquitatem. Et quoniam ipsi me non despexerunt, ob hoc etiam volo eos tangere mea admonitione, quatenus incipiant bona operari, et me illis dico qui me requirunt in simplicitate et cordis puritate. Et dum tribuo margaritas boni admonens et exhortans hominem; ita scilicet dum intellectus hominis tangitur per me sum ei initium, hoc est dum sensus hominis intelligit admonitionem meam auditu, ita quod etiam idem sensus ducitur ad consensum tactus mei in animo suo, tunc sum in ipso initium boni quod eum oportet incipere, me sic illi adjutrice. Tunc et ibi colluctatio est; ut vel perficiatur quod do vel non.

Mas la séptima se vestía con una túnica de un cristal más lúcido y puro; la cual de tal modo relucía en su blancura, como el agua resplandece cuando es inundada por el sol. Sobre su cabeza estaba una paloma con las alas expandidas como para volar, vuelta hacia su rostro. Apareció también casi en su vientre como en un espejo un infante blanquísimo; en cuya frente estaba inscrito: Inocencia. Tenía también en su mano derecha un cetro real, mas la izquierda la había puesto sobre su pecho. Y decía: Yo soy libre y no ligada. Atravesé una fuente purísima, a saber, al dulcísimo y amantísimo Hijo de Dios. Lo atravesé, y de él salí. Mas conculco al soberbísimo diablo que no prevalece para ligarme. Él mismo ha sido cortado de mí, porque siempre permanezco en el Padre superno. Pero en la cumbre de la antedicha columna sombreada vi otra imagen hermosísima, que estaba de pie con la cabeza desnuda, y teniendo cabellos crespos y algo negros, y un rostro viril de tanta ardiente claridad, que no podía considerarla con precisión, como el rostro de un hombre. Estaba también vestida con una túnica de color púrpura y algo negra; a la cual sobre cada hombro de la misma imagen le había sido entretejida una zona de color azafrán rojizo, que se extendía por delante y por detrás hasta sus pies. Tenía empero alrededor del cuello un palio episcopal, adornado de modo admirable con oro y gemas preciosísimas. Un esplendor en verdad blanquísimo de tal modo la había rodeado por todas partes, que en ningún lugar sino por delante desde la cabeza a saber y hacia abajo hasta sus pies podía yo inspeccionarla.

Mas sus brazos y manos y pies me estaban sombreados para verlos. Pero el mismo esplendor que la había rodeado, estaba lleno de ojos por todas partes, y todo él viviente, y difundiéndose aquí y allá, como suele fluir una nube, de modo que ahora se volvía más ancho y ahora empero más constreñido. Y la misma imagen clamó con gran voz al mundo, diciendo a los hombres: Gracia de Dios soy, hijitos míos: por eso oídme e entendedme, porque a aquellos doy luz del alma, que me entienden en la amonestación; a los cuales también contengo en la misma beatitud, para que no vuelvan a la iniquidad. Y puesto que ellos mismos no me despreciaron, por esto también quiero tocarlos con mi amonestación, a fin de que comiencen a obrar cosas buenas, y me digo a aquellos que me buscan en la simplicidad y pureza de corazón. Y mientras distribuyo las margaritas del bien amonestando y exhortando al hombre; así a saber mientras el intelecto del hombre es tocado por mí soy para él el inicio, esto es mientras el sentido del hombre entiende mi amonestación por el oído, de modo que también el mismo sentido es conducido al consenso de mi toque en su ánimo, entonces soy en él el inicio del bien que le conviene comenzar, siendo yo así su ayudante. Entonces y allí es la lucha; para que o bien se perfeccione lo que doy o no.

Quomodo? Hoc sic volo intelligi; quia dum hominem admoneo tali modo quod incipit gemere ac fleve peccata sua, tunc si voluntas illius acquiescit admonitioni qua illum admonui, quoniam homo in sensu suo taliter sentit mutationem animi sui, qualiter oculos suos levat ad videndum, et aures ad audiendum, et os ad loquendum, et manus ad palpandum, et pedes ad ambulandum secundum desiderium illud ut sibi in animo est; si tunc voluntas suscepit admonitionem meam, mox ipsa elevat se et deprimit ac superat sensum, ita quod sensus discit ignota in sua consuetudine. Quomodo? Ipse mutat se, quoniam eum oportet quisquis invitum sequi voluntatem quae super eum est. Ipse enim subjectus est illi in servitio; quia ei inferior est, eamque sequetur sive velit sive nolit. Nam ego do bonum in initio, et calefacio illud in mente tribuoque opus voluntati ad perficiendum, et hoc facio admonitione, exhortatione atque calore doni inspirationis Spiritus sancti. Si autem voluntas his donis repugnat, tunc ad nihilum deducuntur haec quae memoravi.

Unde in eodem tempore dum homo potest recipere in incendio donorum in signis praeconii quod de me oritur; tunc ad illud properet, ac etiam citius veniat voluntas in bonis, et perficiat opus hoc in claritate. Nam scientiam boni et mali ob hoc habet homo ut ipse in omnibus operibus suis Deum tanto melius intelligat, devitando malum et operando bonum; quia sic Deum colit cum timore, eum amplectens in perfecta charitate. Quomodo? Ita scilicet si aperit interiores oculos spiritus ad bonum, et si negat et abjicit in exteriori homine malum quod facere potuit. Idcirco etiam subjecta est terrena creatura sub potestate ipsius; ut eo amplius Deum intelligat et diligat, ac operetur in eo opus scientiae suae cum intellectu, quo ipse timeat et amet omnipotentem, qui ipsi deputavit magnum honorem servitutis plurimarum creaturarum.

Unde et ob has causas effundit homo, hoc quod ipse in intellectu suo scienter comprehendit: discretionem in creaturis, ita quod novit quae sint amabiles et odibiles, et quae utiles atque inutiles, et quod etiam post haec in fide qua ipse Deum intelligit concluduntur omnia opera ipsius; ita quod et Deo et angelis ejus placent, aliquando etiam tango hominem in animo ipsius, et moneo eum ut incipiat operari justitiam et devitare malum;

sed dedignatur me, et putat quod possibile sibi sit quidquid facere voluit, ac spatium poenitendi sibi ipsi constituit usque ad tempus illud dum corpus ejus in simplicitate frigidae aetatis sibi consentiat, et dum etiam propter senectutem sibi fastidio sit amplius peccare. Tunc iterum admoneo atque hortor eum ad bonum, et ut animo suo resistat.

¿Cómo? Esto así quiero que se entienda; porque mientras amonesto al hombre de tal modo que comienza a gemir y a llorar sus pecados, entonces si la voluntad de aquel aquiesce a la amonestación con que lo amonesté, puesto que el hombre en su sentido siente talmente la mudanza de su ánimo, cualmente levanta sus ojos para ver, y los oídos para oír, y la boca para hablar, y las manos para palpar, y los pies para caminar según aquel deseo que tiene en su ánimo; si entonces la voluntad recibió mi amonestación, pronto ella se eleva y deprime y supera al sentido, de modo que el sentido aprende cosas desconocidas en su costumbre. ¿Cómo? Él se muda a sí mismo, puesto que le conviene a quienquiera seguir aun invitado la voluntad que está sobre él. Pues él le está sujeto en el servicio; porque le es inferior, y la seguirá quiera o no. Pues yo doy el bien en el inicio, y lo caliento en la mente y distribuyo la obra a la voluntad para perfeccionarla, y esto hago por la amonestación, la exhortación y por el calor del don de la inspiración del Espíritu Santo. Si empero la voluntad repugna a estos dones, entonces son reducidas a nada estas cosas que he memorado.

Por lo cual en el mismo tiempo mientras el hombre puede recibir en el incendio de los dones en los signos del pregón que de mí se origina; entonces a aquello se apresure, y aun más pronto venga la voluntad en los bienes, y perfeccione esta obra en la claridad. Pues el conocimiento del bien y del mal por esto lo tiene el hombre para que él mismo en todas sus obras tanto mejor entienda a Dios, evitando el mal y obrando el bien; porque así cultiva a Dios con temor, abrazándolo en perfecta caridad. ¿Cómo? Así a saber si abre los ojos interiores del espíritu al bien, y si niega y arroja en el hombre exterior el mal que pudo hacer. Por eso también está sujeta la criatura terrena bajo la potestad de él; para que tanto más entienda y ame a Dios, y obre en él la obra de su ciencia con entendimiento, por lo cual él mismo tema y ame al omnipotente, que le diputó el gran honor del servicio de muchísimas criaturas.

Por lo cual y por estas causas difunde el hombre esto que él mismo en su entendimiento sabe comprender: la discreción en las criaturas, de modo que conoce cuáles sean amables y odiables, y cuáles útiles e inútiles, y que también después de estas cosas en la fe por la cual él mismo entiende a Dios se concluyen todas las obras de él; de modo que tanto a Dios como a sus ángeles placen. Alguna vez también toco al hombre en su ánimo, y lo amonesto para que comience a obrar la justicia y a evitar el mal;

pero me desdaña, y piensa que le es posible cuanto quiso hacer, y se constituyó a sí mismo un espacio de arrepentimiento hasta aquel tiempo en que su cuerpo en la simplicidad de la fría edad le consienta, y mientras también por causa de la senectud le sea fastidio pecar más. Entonces otra vez lo amonesto y exhorto al bien, y a que resista a su ánimo.

Qui dum me negligit: saepe per multas adversitates ut in divitiis et caeteris his similibus quae patitur, ad hoc perducitur, quod eum quasi invitum et adversus se ipsum oportet facere bonum, et quod eum in tam exasperato animo non multum delectat ea adimplere quae prius proposuerat perficere in prospero tempore; in quo ei videbatur nihil contrarium ipsi posse obesse, secundum quod ipse in se ipso ordinaverat tanto tempore illa agere ut sibi placuisset. Hic homo si dubie susceperit me, nolo tamen eum relinquere; quia, quamvis sic susceperit me, tamen non omnino despexit me. Unde et ego non laboravi frustra in ipso.

Taedio enim mihi non est tangere ulcerosa vulnera quae circumdata sunt circumrodentium vermium in innumerositate vitiorum, et fetore mali rumoris et infamiae, et languore inveteratae iniquitatis peccatorum; nec despiciam quin leniter illa contractem: eo tempore dum incipio extrahere edacem livorem malitiae, hoc est cum intueor et tango illa vulnera blando calore inspirationis Spiritus sancti. Sed saepe cum hujusmodi dolor veteri fomento inveteratur, ita quod peccatum incipit calere ardens in animo hominis, et cum etiam sic oriuntur in dolore vulnera peccatorum, ita quod erunt in coagulatum opus hujus immunditiae quasi globus et acervus se erigens de magna sorde vermium et fomentatione involuti luti de quo nascuntur mortifera venena scorpionum, serpentum, ranarum et aliorum similium venenosorum vermium, et cum etiam tunc ita indurantur ut lapis in talem scilicet duritiam quam nullus cogitat effringere,

quae sunt importabilia onera scelerum in illis hominibus qui gravati sunt gravioribus onera; quid tunc ad haec? Tunc sane homines propter infidelitatem suam non possunt confidere, ut possibile sit huic homini se ad Deum convertere de sua iniquitate; propterea quia vident eum quasi escam esse diaboli. Ego tamen nolo illum hominem deserere, sed medio adjutorio et praelio volo esse pro ipso in certamine, ubi suaviter primum incipio tangere quasi duritiam lapidis illius peccati, quoniam quasi difficile est eum confringi in tam maximo fetore horribilium scelerum, quae sibi sunt praedictae causae magnae sordis et nequitiae, et quae sunt veluti cadaver putredinis, et esca diaboli, quam ipse certissime absorbuit in ventrem suum.

Quomodo? Scriptura habet de Filio Dei dicente: Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris mei (Joan. IV), et contra, cibus est diaboli ut hominem deprimat in mortem, per quam illos talibus venenis, ut praedictum est, afflat, qui ei in voluntate sua consentiunt, et post eum declinant. Et id ipsum est diaboli desiderium et continuum studium, quia de hac sorde oritur omne malum.

Quien mientras me negligencia: a menudo por muchas adversidades como en las riquezas y otras cosas similares a estas que padece, es conducido a esto, que le conviene casi invitado y contra sí mismo hacer el bien, y que en tan exasperado ánimo no le deleita mucho cumplir aquellas cosas que antes había propuesto perfeccionar en el tiempo próspero; en el cual le parecía que nada contrario podía estorbarle, según que él en sí mismo había ordenado por tanto tiempo obrar aquellas cosas como le hubiese placido. A este hombre si con duda me recibió, no quiero empero abandonarlo; porque, aunque así me recibió, sin embargo no me despreció del todo. Por lo cual también yo no trabajé en vano en él.

Pues no me es tedio tocar las llagas ulcerosas que están rodeadas por la innumerabilidad de los gusanos que las corroen en los vicios, y por el hedor del mal rumor y de la infamia, y por la languidez de la inveterada iniquidad de los pecados; ni despreciaré el tratarlas suavemente: en aquel tiempo en que comienzo a extraer el voraz lívor de la malicia, esto es cuando intuyo y toco aquellas llagas con el blando calor de la inspiración del Espíritu Santo. Pero a menudo cuando tal dolor se invetera con el antiguo fomento, de modo que el pecado comienza a arder ardiente en el ánimo del hombre, y cuando también así se originan en el dolor las llagas de los pecados, de modo que serán en una obra coagulada de esta inmundicia como un globo y un montón que se erige de la gran suciedad de los gusanos y del fomento del lodo envuelto del cual nacen los mortíferos venenos de los escorpiones, serpientes, ranas y otros similares gusanos venenosos, y cuando también entonces de tal modo se endurecen como la piedra en tal dureza a saber que ninguno piensa quebrantar,

las cuales son insoportables cargas de crímenes en aquellos hombres que están gravados con cargas más pesadas; ¿qué entonces ante esto? Entonces sanamente los hombres por su infidelidad no pueden confiar que sea posible a este hombre convertirse a Dios de su iniquidad; por la razón de que lo ven ser casi como cebo del diablo. Yo empero no quiero desamparar a aquel hombre, sino que quiero ser una ayuda media y batalla por él en el certamen, donde suavemente primero comienzo a tocar casi la dureza de la piedra de aquel pecado, puesto que casi es difícil que sea quebrantado en tan máximo hedor de horribles crímenes, que le son las antedichas causas de gran suciedad y necedad, y que son como cadáver de putrefacción, y cebo del diablo, que él mismo ciertísimamente absorbió en su vientre.

¿Cómo? La Escritura tiene sobre el Hijo de Dios diciendo: Mi comida es que haga la voluntad de mi Padre (Juan 4), y por el contrario, comida es del diablo que deprima al hombre a la muerte, por la cual a aquellos con tales venenos, como se dijo antes, sopla, que le consienten en su voluntad, y declinan tras él. Y eso mismo es el deseo y continuo estudio del diablo, porque de esta suciedad se origina todo mal.

Sed de istis hominibus plures me intelligunt. Quomodo? Dum eos primum tango, dicit homo ille intra se: Quid mihi est? Ego nescio nec cogitare scio quidquid boni. Et iterum nesciens suspirat et dicit: Heu me peccatorem. Nihil autem amplius sentit; quia mole peccatorum gravatus est, et quoniam tenebrae iniquitatis conturbaverunt eum. Tunc iterum tango vulnera illius. Et quoniam prius per me admonitus erat, tunc eo melius intelligit me, et respiciens in se ipsum iterum dicit: Vae mihi, quid faciam? Nescio, nec excogitare valeo quid fiat de me, propter multiplicia peccata mea. Ah! quo me vertam vel ad quem properabo qui me adjuvet, ut turpissima scelera in me contegam et deleam in poenitentia.

Unde iterum respicit in se ipsum ea colluctatione quam prius habuit in studio peccandi; ac eodem desiderio ad veram poenitentiam se convertit, ut ante studebat in peccatis. Et quia tunc ille homo mea admonitione sic evigilavit de somno mortis, quam sibi pro vita elegerat: idcirco tunc nec cogitatione, nec verbo, nec facto quae prius ardenter habuit ad scelera, vult amplius peccare, sed studiosissime in fortissima poenitentia se elevat ad me. Quapropter mox et ego suscipio eum totum: et deinceps dimitto cum quasi liberum: ita quod in praedictis concupiscentiis gravem infestationem ultra non habebit; ut charissimi filii mei sustinent, quos moneo multiplici miseria ignitis sagittis diabolicarum persuasionum, quia ipse harum tunc non indiget. Nam ipse semper dolebit propter transacta peccata sua, ita ut etiam sibi ipsi iratus tam acrem poenitentiam agat quod se etiam indignum aestimet hominem vocari. Sed haec victoria est in fetore sordis illorum hominum quos abjicere nolo, quoniam post peccata sua me tandem quaesierunt. Nam qui me non spernunt, sed admonitionem meam suscipiunt, et me devote quaerunt, illis parata sum facere quidquid volunt; qui autem me contemnentes abjiciunt, illi mortui sunt, nec eos scio.

Sunt enim multi homines qui dum me adesse sentiunt intelligentes suam mentem tactam esse admonitione mea, fugiunt me per malam consuetudinem conceptorum peccatorum, quae in se deglutiebant voluntate atque consensu et opere. Unde etiam et ipsi sunt coram Deo quasi nihilum et inane reputati; quia nolunt esse conscii quod possint facere, tacti per me.

Pero de estos hombres más me entienden. ¿Cómo? Mientras primero los toco, dice aquel hombre dentro de sí: ¿Qué me pasa? Yo no sé ni sé pensar nada de bien. Y otra vez no sabiendo suspira y dice: ¡Ay de mí pecador! Nada empero más siente; porque está gravado por la mole de los pecados, y puesto que las tinieblas de la iniquidad lo conturbaron. Entonces otra vez toco sus llagas. Y puesto que antes por mí había sido amonestado, entonces tanto mejor me entiende, y mirando hacia sí mismo otra vez dice: ¡Ay de mí!, ¿qué haré? No sé, ni valgo a excogitar qué sea de mí, por mis múltiples pecados. ¡Ah!, ¿a dónde me volveré o a quién me apresuraré que me ayude, para que los torpísimos crímenes en mí cubra y borre en la penitencia?

Por lo cual otra vez mira hacia sí mismo con aquella lucha que antes tuvo en el estudio de pecar; y con el mismo deseo se convierte a la verdadera penitencia, como antes estudiaba en los pecados. Y porque entonces aquel hombre por mi amonestación así despertó del sueño de la muerte, que para sí por vida había elegido: por eso entonces ni con el pensamiento, ni con la palabra, ni con el hecho que antes ardientemente tuvo hacia los crímenes, quiere pecar más, sino que estudiosísimamente en fuertísima penitencia se eleva hacia mí. Por lo cual pronto también yo lo recibo todo él: y en adelante lo descarto como casi libre: de modo que en las antedichas concupiscencias no tendrá más una grave infestación; como mis carísimos hijos sostienen, a quienes amonesto con múltiple miseria con las flechas ígneas de las persuasiones diabólicas, porque él mismo entonces no necesita de estas. Pues él mismo siempre dolerá por sus pecados pasados, de modo que también airado consigo mismo haga tan acre penitencia que se estime a sí mismo indigno de ser llamado hombre. Pero esta victoria es en el hedor de la suciedad de aquellos hombres a quienes no quiero arrojar, puesto que después de sus pecados al fin me buscaron. Pues quienes no me desprecian, sino que reciben mi amonestación, y me buscan devotamente, a ellos estoy preparada para hacer cuanto quieran; mas quienes contemniéndome me arrojan, aquellos están muertos, ni los conozco.

Pues hay muchos hombres que mientras sienten que estoy presente entendiendo que su mente ha sido tocada por mi amonestación, huyen de mí por la mala costumbre de los pecados concebidos, que en sí deglutían por voluntad y consenso y obra. Por lo cual también ellos mismos ante Dios son reputados como nada e inanes; porque no quieren ser conscientes de lo que pueden hacer, tocados por mí.

Ego autem nolo esse in pollutione horum peccatorum qui nolunt suscipere admonitionem meam; nec se volunt purgare per exhortationem illam quatenus se avertant a peccatis suis, nec desiderant comedere cibum illum qui est Scriptura Evangelii, quo satiari debent omnes fideles, nec gustare saporem ejus secundum quod eis datum est; sed festinant fugere gratiam Dei; quia nec videre, nec audire, nec cogitare volunt quid eis faciendum sit, dum vocantur admonitione boni. Ipsi fugiunt admonitionem bonam, ut vermis qui terram intrat se abscondens ab omni decore hujus saeculi. Hoc faciunt et isti nequissimi homines fugientes praecepta Dei, seque polluentes in faece qua se involutant in mortem, cum se abscondunt in malitia sua, nolentes de fetore nequitiae ad lucem prodire.

Qui tales sunt, non pertinent ad me. Nam ego nolo hac et illac dividi in pollutione luti. Quomodo? Cum his esse volo, qui me pura poenitencia intelligunt; ubi me etiam adjungo humanae corruptibilitati, quia eam volo purgare. Qui autem me nolunt suscipere, illos a me abjicio, nolens esse cum eis; quia nulla pars mihi cum illis est, quia sunt in parte stultae ignorantiae me intelligere nolentes, et quoniam nolo esse in opere quod pertinet ad conglutinationem obduratae perversitatis: quod est ad mortem.

Et qui hoc modo spernunt me, imitantur perditum angelum, qui dum Deum videre potuit, eum inspicere noluit, ita ut eum humiliter agnosceret; et propterea subito effugit omnem gloriam coelestem, cadens in mortem; dum Deo voluit assimilari simili honore. Isti despiciunt me, quoniam operantur opus malignum, ut exigunt illicita desideria carnis in voluptatibus ipsorum. Et quoniam me despiciunt, idcirco faciunt quod male volunt. Ipsi contemnunt Deum, sic etiam negligunt illius praeceptum.

Unde et perfrequenter in indignatione mea permittuntur ad plenitudinem mentis suae facere quod voluerint; quia vita aeternae felicitatis eos fugit quasi nihilum sint, frequenter etiam deficientes tam in prosperitate praesentis vitae quam futurae, quoniam duri et immobiles ad felicitatem boni sunt. Contumacem enim peccatorem, in malis suis perseverantem desero: vivificans eum qui in se respicit et a peccatis suis in timore meo cum pura poenitencia se ad me convertit.

Nam ego sum columna firmae stabilitatis, quae nunquam desero quaerentem me, quoniam qui me apprehendit et se mihi intime ac fideliter conjungit, nunquam decidet in perditionem.

Yo empero no quiero estar en la polución de estos pecados de quienes no quieren recibir mi amonestación; ni se quieren purgar por aquella exhortación a fin de que se aparten de sus pecados, ni desean comer aquel cebo que es la Escritura del Evangelio, del cual deben saciarse todos los fieles, ni gustar su sabor según lo que les ha sido dado; sino que se apresuran a huir de la gracia de Dios; porque ni ver, ni oír, ni pensar quieren qué les sea de hacer, mientras son llamados por la amonestación del bien. Huyen de la buena amonestación, como el gusano que entra en la tierra escondiéndose de todo decoro de este siglo. Esto hacen también estos nequísimos hombres huyendo de los preceptos de Dios, y poluyéndose en las heces en que se revuelcan hacia la muerte, cuando se esconden en su malicia, no queriendo salir del hedor de la nequicia hacia la luz.

Los que tales son, no pertenecen a mí. Pues yo no quiero aquí y allá dividirme en la polución del lodo. ¿Cómo? Con estos quiero estar, que me entienden por pura penitencia; donde también me adjunto a la corruptibilidad humana, porque la quiero purgar. Pero a quienes no me quieren recibir, a aquellos de mí arrojo, no queriendo estar con ellos; porque ninguna parte tengo con ellos, porque están en la parte de la estulta ignorancia no queriendo entenderme, y puesto que no quiero estar en la obra que pertenece a la conglutination de la obdurada perversidad: que es para muerte.

Y quienes de este modo me desprecian, imitan al ángel perdido, que mientras pudo ver a Dios, no quiso inspeccionarlo, de modo que humildemente lo reconociese; y por eso súbitamente huyó de toda gloria celestial, cayendo en la muerte, mientras quiso asimilarse a Dios con similar honor. Estos me desprecian, puesto que obran obra maligna, según exigen los ilícitos deseos de la carne en sus voluptuosidades. Y puesto que me desprecian, por eso hacen lo que mal quieren. Contemnen a Dios, así también negligencian el precepto de aquel.

Por lo cual y muy frecuentemente en mi indignación se les permite hacer lo que quisieran según la plenitud de su mente; porque la vida de la eterna felicidad huye de ellos casi como si fuesen nada, frecuentemente también desfalleciendo tanto en la prosperidad de la presente vida como de la futura, puesto que son duros e inmóviles para la felicidad del bien. Pues al pecador contumaz, perseverante en sus males, deserto: vivificando a aquel que en sí mira y de sus pecados en mi temor con pura penitencia a mí se convierte.

Pues yo soy columna de firme estabilidad, que nunca deserto al que me busca, puesto que quien me aprehende y se me conjunta íntima y fielmente, nunca caerá en la perdición.

Qui vero me habet in oblivione mentis suae, et superbiendo se elevat super me, id est qui in se ipsum magis confidit quam in me, ac ideo fiduciam in me contemnit habere quoniam pro nihilo computat gratiam Dei, quia in animo ejus sum et ventus turbinis, ipse habens me negligenter in irrisione et superbe cum elatione in desperatione, non proter gravedinem peccatorum quae perpetraverit, sed propter superbiam me deridendo sic dicens, quid est gratia Dei? Hunc ego dejiciendo occidam, et in electione mea eum erigere nolo; quia mortuus est ab aeterna felicitate. Sed et hi homines qui non habent fiduciam se posse surgere de gravioribus culpis peccatorum suorum sic abjicientes omnipotentem Deum et gratiam ipsius, desperantes scilicet in nimia tristitia quasi non possint salvari de enormitate criminum suorum, deficiunt projecti a me, et acerbe corruunt in mortem, morientes in inferno inferiori cruciatu mortis aeternae.

Nunc etiam loquar de dilectis filiis meis qui me suscipiunt aperto sensu et voluntario animo atque acuto intellectu, et qui me gemitu et fletu tangunt, me excipientes cum gaudio atque omni amplectentes intentione.

O flores mei, qui dum me adesse sentiunt subito gaudent in me, et ego in illis. Ipsi dulciores suavioresque mihi sunt super amorem lapidis pretiosissimi, et super fulgentes pretiosas margaritas in mente hominum, qui eas amplectuntur ardenti desiderio. Ipsi etiam sunt mihi nobilissimi quadrati lapides; quia in conspectu meo, mihi semper sunt amabiles, hos assidue volo limare et purgare: quatenus recte ac decenter ponantur in coelesti Jerusalem, quia semper in mentibus suis bona voluntate mecum epulantur, nec mea justitia possunt satiari. Nam mox cum tactum meum sentiunt properant ad me, tanquam cervus ad fontem aquae.

Sed ego saepe relinquo eos, ita quod ipsis videtur quasi sint sine adjutorio: quod idcirco facio, ut exterior homo in eis non infletur per superbiam. Tunc plorant ac lugent aestimantes me ipsis esse offensam; sed ego sic perscrutor fidem eorum.

Attamen forti manu teneo eos: sic auferens ab ipsis elationem, nec permittens eos cognoscere quid sint in occultis bonis suis, quia multiplices fructus in eis facere volo: animis ipsorum dolentibus ac cordibus eorum vulneratis in doloribus. Permitto enim frequenter diabolicas persuasiones ipsos invadere in igneis sagittis de flatu immunditiae incendii ardentis spiritus fornicationis, quae vulnerant corpora eorum in infirmitate fragilis naturae; et hoc idcirco permitto quatenus hoc modo tam fortiter imbuantur inspiratione Spiritus sancti, quod praeterea fiant isignes praecones et flagrantes in virtutibus.

Pero quien me tiene en el olvido de su mente, y soberbiando se eleva sobre mí, esto es quien en sí mismo más confía que en mí, y por eso contemne tener confianza en mí puesto que por nada computa la gracia de Dios, porque en su ánimo soy como un viento de torbellino, él mismo teniéndome negligentemente en la irrisión y soberbiamente con elación en la desesperación, no por la gravedad de los pecados que haya perpetrado, sino por la soberbia deridiéndome así diciendo, ¿qué es la gracia de Dios? A este yo abatiéndolo mataré, y en mi elección no lo quiero erigir; porque muerto está de la eterna felicidad. Pero también estos hombres que no tienen confianza de poder surgir de las más graves culpas de sus pecados, así arrojando al Dios omnipotente y su gracia, desesperando a saber en la nimia tristeza casi como si no pudiesen salvarse de la enormidad de sus crímenes, desfallecen proyectados por mí, y acerbamente caen en la muerte, muriendo en el infierno con el inferior cruciato de la muerte eterna.

Ahora también hablaré de mis amados hijos que me reciben con sentido abierto y ánimo voluntario y agudo intelecto, y que con gemido y llanto me tocan, exceptuándome con gozo y abrazándome con toda intención.

Oh flores mías, que mientras sienten que estoy presente súbitamente se gozan en mí, y yo en ellos. Ellos me son más dulces y suaves sobre el amor de la piedra preciosísima, y sobre las lucientes preciosas margaritas en la mente de los hombres, que las abrazan con ardiente deseo. Ellos también me son nobilísimas piedras cuadradas; porque ante mi vista, siempre me son amables, a estos asiduamente quiero limar y purgar: a fin de que recta y decentemente sean puestos en la Jerusalén celestial, porque siempre en sus mentes con buena voluntad banquetean conmigo, ni de mi justicia pueden saciarse. Pues pronto cuando sienten mi toque se apresuran hacia mí, como el ciervo a la fuente de agua.

Pero yo a menudo los dejo, de modo que les parece casi como si estuviesen sin ayuda: lo cual por eso hago, para que el hombre exterior en ellos no se infle por la soberbia. Entonces lloran y se lamentan estimando que yo les soy una ofensa; pero yo así escudriño la fe de ellos.

Sin embargo con mano fuerte los sostengo: así quitando de ellos la elación, ni permitiéndoles conocer qué sean en sus ocultos bienes, porque múltiples frutos en ellos quiero hacer: doliendo sus ánimos y heridos sus corazones en los dolores. Pues permito frecuentemente que las persuasiones diabólicas los invadan en ígneas flechas del soplo de la inmundicia del incendio del ardiente espíritu de fornicación, las cuales hieren sus cuerpos en la enfermedad de la frágil naturaleza; y esto por eso permito a fin de que de este modo tan fuertemente sean imbuidos por la inspiración del Espíritu Santo, que por lo demás se vuelvan insignes pregoneros y fragantes en las virtudes.

Ipsi quippe erunt in probatione quasi aurum in fornace, id est probati in irrisione et in indignatione, ita quod nihilum computabuntur, et quod saepissime per raptores substantia sua denudabuntur, ac per dissensionem plebis in adversitatibus sicut agni a lupis dilacerabuntur.

Et ut oves, dum eas lupus dispergens dissipat, tamen non moriuntur; ita sunt et isti homines in morte animae non morientes, sed eo magis viventes purgati in adversis.

Nam bona arbor ut fructum ferat irrigatur, putatur, atque circumfoditur; et ab ea erucae ne fructum ejus corrodant abstrahuntur. Quid hoc? Bonus scilicet homo non sit durus, hoc malevolus ad justitiam Dei, sed lenis ac flexibilis ad quodque bonum, a se abscindens malum, seque considerans in scrutatione operum suorum, atque auferens a se infestationem laedentium se inimicorum.

Sed tamen antequam homo sentiat me in cogitatione sua aut intellectus ipsius intelligat me intra se; sum ei caput et radix fructuositatis, et virtus fortitudoque firmae civitatis, quae aedificata est supra firmam petram.

Omnis ergo fidelis homo audiat me sibi dicentem: O homo, estne conveniens et congruum ut homo rationalis sine intellectu sit, ut irrationale pecus quod non aliter facit nisi secundum quod expetit libido ipsius?

O miseri homines, qui nolunt scire magnam gloriam illam, quam Deus ipsis dedit ad similitudinem sui. Sed non potest esse ut volunt quod libere et quasi haereditario jure omnia mala faciant quae desiderant; quasi hoc ex natura corporis sui possideant, nolentes considerare se habere honorem illum, quod bona opera operari valeant.

Deus in sua ordinatione omnia juste constituit. Et quis potest ei repugnare? Quid hoc? In hujusmodi videlicet comparatione quod aliquis ordinationi Dei simili exemplo possit comparari, aut sapientia aut discretione in illius rebus. Et cur est hoc quod efficaciam illam quae eis data est sibi ipsis auferre nolunt: quod bene scilicet et male facere possunt? Quomodo? Nam ego cum eos tactu meo admoneo, qui tunc me apprehendunt mox ut me adesse sentiunt, hi bonum opus quod volunt ad effectum meo adjutorio perducere possunt. Qui vero me contemnunt, in imbecillitatem sui et in malum corruunt. Sed pravi homines excusare se nituntur: ita quod bona opera operari non possunt, et hoc propterea faciunt quod exterior homo in eis voluntatem suam exerceat in libertatem.

Ellos ciertamente estarán en la probación casi como el oro en el horno, esto es probados en la irrisión y en la indignación, de modo que por nada serán computados, y que muchísimas veces por los rapaces su sustancia será desnudada, y por la disensión de la plebe en las adversidades como corderos por los lobos serán dilacerados.

Y como las ovejas, mientras el lobo dispersándolas las disipa, sin embargo no mueren; así son también estos hombres en la muerte del alma no muriendo, sino tanto más viviendo purgados en las adversidades.

Pues el buen árbol para que lleve fruto es irrigado, podado, y cavado alrededor; y de él las orugas para que no corroan su fruto son sustraídas. ¿Qué es esto? A saber, el hombre bueno no sea duro, esto es malévolo para la justicia de Dios, sino blando y flexible para cualquier bien, cortando de sí el mal, y considerándose en el escrutinio de sus obras, y quitando de sí la infestación de los enemigos que lo dañan.

Pero sin embargo antes que el hombre me sienta en su pensamiento o el intelecto de él me entienda dentro de sí; soy para él cabeza y raíz de fructuosidad, y virtud y fortaleza de una firme ciudad, que está edificada sobre una firme piedra.

Todo hombre fiel pues óigame diciéndole: Oh hombre, ¿es conveniente y congruo que el hombre racional esté sin intelecto, como el irracional ganado que no hace de otro modo sino según lo que exige la libido de él?

Oh miserables hombres, que no quieren conocer aquella gran gloria, que Dios les dio a la semejanza de sí. Pero no puede ser como quieren que libremente y casi por derecho hereditario todos los males hagan que desean; casi como si esto por la naturaleza de su cuerpo poseyesen, no queriendo considerar que tienen aquel honor, de que buenas obras pueden obrar.

Dios en su ordenación todas las cosas justamente constituyó. ¿Y quién puede repugnarle? ¿Qué es esto? A saber, en una comparación de tal modo que alguno a la ordenación de Dios con similar ejemplo pueda ser comparado, o por la sabiduría o por la discreción en las cosas de aquel. ¿Y por qué es esto que la eficacia aquella que les fue dada a sí mismos quitársela no quieren: que a saber bien y mal pueden hacer? ¿Cómo? Pues yo cuando los amonesto con mi toque, quienes entonces me aprehenden tan pronto como sienten que estoy presente, estos la buena obra que quieren al efecto con mi ayuda pueden conducir. Quienes empero me contemnen, en la imbecilidad de sí y en el mal caen. Pero los hombres pravos se esfuerzan en excusarse: de modo que buenas obras obrar no pueden, y esto por eso hacen para que el hombre exterior en ellos su voluntad ejerza en la libertad.

Nunc, o charissimi filii mei, qui mihi dulciores in odore super omnia aromata estis, audite me vos admonentem. Dum tempus habetis facere bonum et malum, sincera devotione colite Deum vestrum. O vos iterum dulcissimi filii mei, qui ascenditis sicut aurora, vos qui ardere debetis in charitate ut sol in radio suo, currite et properate, charissimi mei, in via veritatis quae lux mundi est, quae est Jesus Christus Filius Dei, qui nos redemit sanguine suo in fine temporum, ut cum gaudio post transitum vestrum pervenire possitis ad ipsum.

Et iterum audivi eum qui sedebat in throno dicentem ad me: Desiderantibus coelestia fideliter credendum et non pertinaciter examinandum est, quomodo Filius Dei missus in mundum a Patre natus sit ex virgine; quia humanus sensus fragili et mortali corpore gravissimo peccatorum onere gravatus, secreta Dei plus dignoscere non poterit, quam Spiritus sanctus cui vult revelaverit.

Quapropter per mysticum mysterium, haec etiam columna quam vides in plaga meridiana, in praefato lapideo muro demonstrati aedificii, ultra praedictam columnam verae Trinitatis, significat humanitatem Salvatoris, qui conceptus de Spiritu sancto, natusque ex suavissima virgine, filius est Altissimi, fortissima sanctitatis columna existens, omnem videlicet ecclesiasticam aedificationem sustentans. Cujus humanitas apparet in ardente fide lapidum fidelium populorum, in bonitate superni Patris fortissime operantium, post declarationem Trinitatis manifestata; quia Trinitate in uno Deo certificata credenti populo, creditum est etiam incarnatum Dei Verbum, verum Deum cum Patre et sancto Spiritu in unitate divinitatis in uno et vero Deo colendum.

Quae columna magna est, et obumbrata intra et extra idem aedificium apparens; quoniam sanctitudo verae incarnationis magna et inaestimabilis, ita humanis mentibus est obumbrata ut non possit considerari, nisi quantum possibile est per fidem intueri, et interioribus divino cultu laborantibus fide et opere cognosci, et exterioribus otio vacantibus fama et voce manifestari. Visuique tuo tam umbrosa apparet, ut nec magnitudinem nec altitudinem ejus cognoscere valeas; quia Filius meus inter homines in mortalitate carnis, quoniam pro populo mortem subiturus erat, quasi obumbratus mortalis scilicet existens sine omni macula peccati apparuit; ita tamen quae vera ejus incarnatio in mystica magnitudine secretorum Dei incomprehensibilis, et in excellentia divinae potentiae inaestimabilis, omnem cognitionem humani intellectus excedat.

Ahora, oh carísimos hijos míos, que me sois más dulces en el olor sobre todos los aromas, oídme amonestándoos. Mientras tiempo tenéis de hacer el bien y el mal, con sincera devoción cultivad a vuestro Dios. Oh vosotros otra vez dulcísimos hijos míos, que ascendéis como la aurora, vosotros que arder debéis en la caridad como el sol en su rayo, corred y apresuraos, carísimos míos, en la vía de la verdad que es la luz del mundo, que es Jesucristo el Hijo de Dios, que nos redimió con su sangre al final de los tiempos, para que con guzo después de vuestro tránsito podáis llegar a él.

Y otra vez oí a aquel que sentaba en el trono diciéndome: Por los que desean las cosas celestiales fielmente se ha de creer y no pertinazmente se ha de examinar, cómo el Hijo de Dios enviado al mundo por el Padre haya nacido de la virgen; porque el sentido humano en el frágil y mortal cuerpo con el gravísimo peso de los pecados gravado, los secretos de Dios más dignoscer no podrá, de lo que el Espíritu Santo a quien quiera haya revelado.

Por lo cual por un místico misterio, esta columna también que ves en la región meridional, en el antedicho muro de piedra del edificio demostrado, más allá de la antedicha columna de la verdadera Trinidad, significa la humanidad del Salvador, quien concebido del Espíritu Santo, y nacido de la dulcísima virgen, es hijo del Altísimo, existiendo como fuertísima columna de santidad, a saber, sustentando toda la edificación eclesiástica. Cuya humanidad aparece en la ardiente fe de las piedras de los pueblos fieles, en la bondad del Padre superno operando fortísimamente, manifestada tras la declaración de la Trinidad; porque certificada la Trinidad en un solo Dios al pueblo creyente, se creyó también que el encarnado Verbo de Dios, verdadero Dios con el Padre y el Espíritu Santo en la unidad de la divinidad, ha de ser adorado en un solo y verdadero Dios.

La cual columna es grande, y apareciendo sombreada dentro y fuera del mismo edificio; puesto que la santidad de la verdadera encarnación es grande e inestimable, de tal modo está sombreada a las mentes humanas que no puede ser considerada, sino cuanto es posible intuir por la fe, y ser conocida por la fe y la obra por los interiores que laboran en el culto divino, y ser manifestada por la fama y la voz a los exteriores que vacan en el ocio. Y a tu vista tan sombría aparece, que ni la magnitud ni la altitud de ella vales conocer; porque mi Hijo entre los hombres en la mortalidad de la carne, puesto que por el pueblo la muerte había de sufrir, apareció como sombreado existiendo a saber mortal sin toda mácula de pecado; de tal modo sin embargo que su verdadera encarnación en la mística magnitud de los secretos de Dios es incomprensible, y en la excelencia de la divina potencia inestimable, excediendo todo conocimiento del intelecto humano.

Sed quod inter columnam hanc atque columnam verae Trinitatis est interruptus locus longitudinis trium cubitorum, vacuusque absque muro ut tibi superius ostensum est: hoc est quod incarnatus Dei Filius, Deus verus cum Patre et Spiritu sancto existens, adhuc latet in membris suis qui fideles homines sunt, qui usque ad finem mundi nascituri sunt, per viventia opera membra capitis sui effecti, ut supra mirabiliter et typice edocta es. Qui quot et quales futuri sint in prolixitate supervenientium temporum, hoc est in mysterio ineffabilis Trinitatis eamdem Trinitatem in unitate divinitatis fideli cultura adoraturi: locus eorum (ut qui adhuc nascituri sunt) vacuus est, cum sine aedificato muro bonorum operum sit. Ubi tamen fundamentum positum est, quoniam in praesentia Dei sunt, et quia etiam fide salvationis eorum quam habituri sunt jam posita fortiter consistit: ita ut homo spem et fiduciam non habeat in alio quam in Deo, non differens de misericordia ejus, sed confidens in eum quod fortissimum fundamentum fidelis animae est.

Quod autem haec umbrosa columna in hoc ipso aedificio in illo loco stat ubi desuper in coelestibus mysteriis coram Deo illum magnum et quadratum lucidissimumque candoris splendorem prius vidisti, qui secretum superni Creatoris designans in maximo mysterio tibi manifestatus est: hoc est quod incarnatus Dei Filius, omnia opera sua quae corporaliter in mundo multas injurias passus operatus est, ea secundum secretam voluntatem Patris adimplevit.

Además, la primera de aquellas que estaban junto a esta imagen como colaterales, parecía armada, vestida a saber con yelmo, coraza, grebas y guanteletes de hierro, sosteniendo también una espada desenvainada en la derecha, y una lanza en la izquierda. Y pisoteando bajo sus pies a un horrible dragón: atravesaba su boca con el hierro de la lanza, de modo que él vomitaba espumas inmundísimas. Pero también vibraba la espada que sostenía como para herir fuertemente. Y dijo: "¡Oh Dios fortísimo!, ¿quién puede resistir y luchar contra ti? Esto no lo puede hacer la serpiente antigua, aquel dragón que es el diablo. Por lo cual yo también, con tu auxilio, quiero luchar contra él, de modo que nadie prevalezca sobre mí o me derribe, ni fuerte ni débil, ni príncipe ni abyecto, ni noble ni innoble, ni rico ni pobre. Quiero ser como el acero más fuerte, haciendo todas las armas aptas para las batallas de Dios invictísimas, en las cuales soy filo agudísimo, ya que nadie podrá quebrantarlas en ti, Dios fortísimo, por quien también me he levantado para expulsar al diablo. Por lo cual seré siempre refugio certísimo para la fragilidad de los hombres, dando a su blandura la espada cortante para defenderse. ¡Oh Dios misericordiosísimo y piadosísimo!, ayuda a los contritos de corazón".

Pero la otra imagen aparecía tricéfala, de modo que en el lugar natural de la cabeza, y en cada hombro, aparecía una cabeza, sobresaliendo sin embargo la del medio un poco sobre las otras dos. Pero tanto la del medio como la que estaba a su derecha, radiaban con tanto fulgor que su claridad reverberaba mi vista. De modo que si tenían forma viril o femenina, no podía considerarlo perfectamente; pero aquella que aparecía a la izquierda era un poco oscura, y por costumbre femenina, velada con un velo blanco. En verdad, aquella imagen estaba vestida con una túnica de seda blanca, y con calzado blanquísimo. En su pecho llevaba el signo de la cruz, alrededor del cual también un gran esplendor brillaba y resplandecía en su pecho como la aurora. En su mano derecha volteaba una espada desnuda, que aplicaba a su pecho y a la cruz con mucha devoción. Y vi escrito en la frente de la cabeza media, Santidad; y en la frente de la derecha, Raíz del bien; y en la frente de la izquierda, No perdonándose a sí misma. Y la del medio, mirando hacia las otras dos, decía:

Primeramente, de la santa humildad he nacido en ella, como el infante nace en su madre. Por ella también he sido educada y confortada, como por una nodriza el niño es nutrido hacia la fortaleza. Mi madre la humildad vence y supera todas las cosas contrarias, que incluso para otros son intolerables". Y la cabeza que estaba a su derecha, mirando hacia la cabeza principal, dijo: "Yo, en mi primer origen, me radico en el monte de la alta cumbre, que es Dios. Y por tanto, ¡oh Santidad!, para que puedas estar de pie, conviene que me adhiera a tus entrañas".

Quod autem ad laevam ipsius stabat etiam ad ipsum principale caput suum aspiciens dicebat: O vae, o vae, o vae: quomodo tam rigida et inflexibilis sum, quod me tam difficile superare possum, o sanctitas, ad tuum auxilium? quia sine me stare non poteris, si fugero. Ah! ah! ah! bonum negligenti, quia me tamen oportet inquietissimam spinam eradicare, quae me pungendo conatur in perditionem impellere, si eam non eruero antequam in me tota defigatur, et antequam velut in putrido cadavere in me confoveatur. O sanctitas, ut libere perseverare possim in te, rapacissimum diaboli laqueum devitare volo, et eum dirumpere in vero Deo.

Et iterum qui sedebat in throno ut supra, haec mihi manifestavit, dicens: Incarnato Dei Filio, vocatio novi populi per doctrinam ipsius in Spiritu sancto ad salvationem sublevata surgens confortatione fortium hominum in exhortatione beatarum virtutum munita adversus immanissimum hostem, cui nullus hominum resistere valet, nisi gratia Dei adjutus, ita se inexpugnabilem Dei adjutorio exhibet ut nulla arte insidiarum ejus evelli aut deleri possit a Deo. Unde et turris quam vides ultra praefatam columnam humanitatis Salvatoris praefigurat Ecclesiam; quae Filii mei incarnatione completa, nova constructio in omni bono opere exorta est, in fortitudine et altitudine coelestium actuum, ut munitissima turris ad resistendum iniquitati opposita diabolo. Quapropter et lucidissimi splendoris est praedicto lapideo muro meridianae plagae ipsius aedificii ita imposita ut et intra et extra ipsum aedificium videri possit; quia serenissima luce humanitatis Filii Dei illustrata, viventes lapides per calorem Spiritus sancti hoc modo succensos, in divino opere habet, ut et interiori scientiae Scripturarum coelestis intellectus ac exteriori stultitiae saecularium rerum ac fidelibus et infidelibus in aedificatione illa quam summus Pater per Unigenitum suum operatur aperte demonstretur. Et latitudinis quidem ubique in interiori parte circuitus sui, quinque cubitorum est, quoniam amplitudinem omnis intimae inspectionis et intentionem totius continuae meditationis per quinque sensus sui ornatus in infusione Spiritus sancti, cum omnibus virtutibus illis quas verus agnus ei manifestat, ad honorem ejusdem Agni videlicet sponsi sui remittit. Tantae autem altitudinis apparet, ut eam discernere nequeas, quia major altitudo et profunditas divinae sapientiae et scientiae in ecclesiastico opere est, quam cor humanum fragile et mortale perscrutari possit sua aestimatione.

Sed quod inter turrim istam et columnam humanitatis Salvatoris fundamentum solummodo est positum muro nondum desuper aedificato, sed tantum interruptus et vacuus locus apparens, longitudinis cubiti unius ut tibi etiam supra praemonstratum est:

Pero la que estaba a su izquierda, mirando también hacia su cabeza principal, decía: "¡Ay, ay, ay!: ¡cómo soy tan rígida e inflexible, que tan difícilmente puedo superarme a mí misma, oh Santidad, para tu auxilio!, porque sin mí no podrás estar de pie si yo huyo. ¡Ah!, ¡ah!, ¡ah!: ¡bueno para el negligente!, porque me conviene a mí erradicar la espina inquietísima que, punzándome, intenta empujarme a la perdición, si no la arranco antes de que se clave toda en mí, y antes de que como en un cadáver putrefacto se fomente en mí. ¡Oh Santidad!, para que pueda perseverar libremente en ti, quiero evitar el rapacísimo lazo del diablo, y romperlo en el verdadero Dios".

Y de nuevo el que estaba sentado en el trono, como arriba, me manifestó estas cosas, diciendo: "Encarnado el Hijo de Dios, la vocación de un nuevo pueblo por la doctrina de él en el Espíritu Santo, surgiendo elevada hacia la salvación, fortalecida por el consuelo de hombres fuertes en la exhortación de las bienaventuradas virtudes contra el hostigadísimo enemigo, a quien ninguno de los hombres puede resistir a menos que sea ayudado por la gracia de Dios, así se exhibe inexpugnable por el auxilio de Dios, que por ninguna arte de sus acechanzas puede ser arrancada o borrada de Dios. Por lo cual también la torre que ves más allá de la mencionada columna de la humanidad del Salvador, prefigura la Iglesia; la cual, completada la encarnación de mi Hijo, como nueva construcción en toda obra buena ha surgido, en la fortaleza y altura de los actos celestiales, como torre munitísima opuesta al diablo para resistir a la iniquidad. Por lo cual también es de esplendor lucidísimo, situada sobre el mencionado muro de piedra de la región meridional del edificio mismo, de tal modo que puede verse tanto dentro como fuera del edificio mismo; porque, ilustrada por la luz serenísima de la humanidad del Hijo de Dios, tiene piedras vivas de este modo encendidas por el calor del Espíritu Santo en la obra divina, para que se demuestre abiertamente tanto al conocimiento interior de las Escrituras de celestial intelecto, como a la exterior necedad de las cosas seculares, y a los fieles e infieles, en aquella edificación que el sumo Padre opera por su Unigénito. Y es de cinco codos de ancho en todas partes en la parte interior de su circuito, porque la amplitud de toda íntima inspección y la intención de toda continua meditación por los cinco sentidos de su ornato en la infusión del Espíritu Santo, con todas aquellas virtudes que el verdadero Cordero le manifiesta, transmite al honor del mismo Cordero, a saber, su esposo. Pero de tanta altura aparece que no puedes discernirla, porque mayor altura y profundidad de la divina sabiduría y ciencia hay en la obra eclesiástica de lo que el corazón humano, frágil y mortal, puede escudriñar por su propia estimación".

Pero el que entre esta torre y la columna de la humanidad del Salvador solo un fundamento esté puesto, sin que el muro se haya edificado todavía encima, sino que aparezca solo un espacio interrumpido y vacío, de un codo de longitud como también te fue mostrado arriba:

hoc est quod de Ecclesia in desponsatione filio meo adjuncta, magnum adhuc praeconium in scientia Dei quasi in firmo fundamento occultatum manet, quod nondum in completo opere perfectionis propalatum resplendet, sed sine apertione in humanis cordibus latet, longitudinis tamen unius cubiti, quoniam sensus hominum in potestate unius veri et omnipotentis Dei sunt, ita quod etiam homo in scientia boni et mali per intellectum suum potest capere quod sibi utilius sit, ut et tibi aperta ostensione supra manifestatum est. Et quod turris haec nondum est ad plenum aedificata, multa tamen solertia, et velocitate per plurimos operarios assidue construitur: hoc est quod eadem Ecclesia ad cursum et ad statum illum nondum pervenit, ad quem perventura est, quamvis multa sollicitudine et industria per celeritatem temporum labentium, in transeuntibus et supervenientibus filiis suis quotidie sine dilatione ad effectum decoris sui properare non cesset.

Habet tamen in circuitu summitatis suae septem propugnacula, mira fortitudine constructa, quoniam circumdata est in celsitudine coelestium operum septem inexpugnabilibus donis sancti Spiritus, quae tantae virtutis existunt, ut nullus adversarius ea possit destruere vel per altitudinem mentis suae ad ea superbe valeat pertingere.

Quod autem ab interiore parte praedicti aedificii vides quasi scalam usque ad cacumen turris illius erectam: hoc est quod in opere illo quod supernus pater in divino consilio per Filium suum operatus est, multi in unanimitate gradus florent in simplicitate constitutionis ecclesiasticae processionis, scilicet ad altitudinem coelestium secretorum pertingentes, in quibus Ecclesia confortata et roborata est consistit. Et ab imo usque ad summum in gradibus ejus quaedam multitudo hominum stat, quia a primis temporibus desponsationis ecclesiae usque ad nuptiale tempus illud, cum ipsa aperte cum sponso suo in pleno muro filiorum suorum gaudebit, in gradibus constitutionis praeceptorum Dei, cum quibus ipsa aedificata est lucebunt apostolica luminaria, eam a tenebris infidelitatis sua tuitione defendentia.

Unde etiam igneas facies et alba vestimenta sed nigra calceamenta habent, quoniam in intellectuali sensu eorum, id est apostolicorum rectorum spectabilis fides credere scilicet in unum Deum per ardorem sancti Spiritus in ipsis quasi facies accensa est, ita quod et per purissimam claritatem in veste bonorum operum coram Deo et saeculo resplenduerunt, nigris tamen indumentis pedum apparentibus, quia itinera infidelitatis et sordis multiplicium scelerum incredulorum pertransierunt, quos suo exemplo ad viam justitiae (quamvis multa difficultate) tamen convertentes perduxerunt.

esto es que, respecto a la Iglesia unida a mi Hijo en desposorio, un gran pregón en el conocimiento de Dios permanece todavía oculto como en un fundamento firme, que aún no resplandece propuesto en una obra completa de perfección, sino que late oculto sin apertura en los corazones humanos, de un codo de longitud sin embargo, porque los sentidos de los hombres están en la potestad del único verdadero y omnipotente Dios, de modo que incluso el hombre en el conocimiento del bien y del mal puede captar por su intelecto lo que le sea más útil, como también te fue manifestado en la abierta muestra de arriba. Y el que esta torre no esté todavía plenamente edificada, sino que se construya asiduamente con mucha habilidad y rapidez por muchísimos trabajadores: esto es que la misma Iglesia no ha llegado todavía a aquel curso y a aquel estado al que ha de llegar, aunque con mucha solicitud e industria, por la celeridad de los tiempos que pasan, en sus hijos que transcurren y en los que sobrevienen, no cesa diariamente de apresurarse sin demora al efecto de su decoro.

Tiene sin embargo en el circuito de su cima siete baluartes, construidos con maravillosa fortaleza, porque está rodeada en la altura de las obras celestiales por los siete inexpugnables dones del Espíritu Santo, que existen de tanta virtud que ningún adversario puede destruirlos, ni por la altura de su mente pueda alcanzaros soberbiamente.

En cuanto a que desde la parte interior del mencionado edificio veas como una escalera erigida hasta la cima de aquella torre: esto es que en aquella obra que el Padre celestial operó en el divino consejo por su Hijo, muchos grados florecen en la unanimidad de la sencillez de la constitución de la procesión eclesiástica, a saber, alcanzando la altura de los secretos celestiales, en los cuales la Iglesia confortada y robustecida consiste. Y desde lo más bajo hasta lo más alto, en sus escalones, está una cierta multitud de hombres, porque desde los primeros tiempos del desposorio de la Iglesia hasta aquel tiempo nupcial, cuando ella misma goce abiertamente con su esposo en el muro pleno de sus hijos, lucirán las lumbreras apostólicas en los escalones de la constitución de los preceptos de Dios, con los cuales ella misma fue edificada, defendiéndola de las tinieblas de la infidelidad con su protección.

Por lo cual también tienen rostros ígneos y vestiduras blancas pero calzado negro, porque en su sentido intelectual, es decir de los rectores apostólicos, la fe espectable, a saber creer en un solo Dios por el ardor del Espíritu Santo en ellos es como un rostro encendido, de modo que también por la purísima claridad en la vestidura de las buenas obras ante Dios y el siglo han resplandecido, apareciendo sin embargo negros los indumentos de los pies, porque los itinerarios de la infidelidad y de la suciedad de los múltiples crímenes de los incrédulos atravesaron, a quienes por su ejemplo a la vía de la justicia (aunque con mucha dificultad) sin embargo convirtiendo condujeron.

Sed quod inter eos aliqui similis quidem schematis, sed majoris staturae et splendoris apparent, hoc est quod inter eosdem ecclesiasticos defensores, primi fundatores ipsius Ecclesiae sunt, qui eam primum post Filium Dei sua praedicatione aedificantes eumdem quidem tenorem habent quem et sequaces eorum qui eos praecipue imitari noscuntur, quoniam secundum hoc ut illi praecesserunt, sic isti subsecuti sunt, eis tamen forma praestantes, quia ipsi alium nullum praedecessorem habebant, a quo exemplum novae gratiae traherent praeter Filium Dei, ab cujus ore verbum vitae audierunt, atque eos claritate praecellentes, quoniam fulgorem incarnationis ejus prae caeteris praesentialiter viderunt. Qui et ipsam turrim multa diligentia intuentur, quia sponsae Dei in amore divino, suae pietatis sollicitudine adesse non cessant, ut in robore suo perfecte consistat, ut scriptum est: Sicut turris David collum tuum quae aedificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. (Cant. IV.) Hoc tale est. Ut incarnatio Filii summi rectoris, fortissimi scilicet leonis ex virginea floriditate venientis fortissimum instrumentum novae gratiae posita est, sic fortitudo fidei tuae, o nova sponsa, incorrupta durans, certissimum munimen fidelis populi constituta est. Quomodo? Fortissimis viribus tuis adsunt et adhaerent omnes munitiones filiorum tuorum; qui nutriendi sunt nova illustratione rivulorum e vino et purissimo fonte stillantium, quos habes in hac fortitudinis conjunctione; ut collum reliquo corpori conjunctum est, ita ut nec destrui nec dissipari possis, sicut nec victoriosa instrumenta veri David poterunt superari. Quomodo? Virtus Christi Jesu Filii Dei fortissima turris est: in qua victoriosissimae militiae fidelium invictissima probatione exercentur, quibus nullus adversarius se praevalere gloriabitur, quia in se Christum verum Deum et hominem continent; per quem in secunda regeneratione omnis compago filiorum tuorum in salutem decentissime protenditur. Unde est illa purissima incarnatio a prophetis praedicta, et pretiosissimis lapidibus virtutum adornata cum propugnaculis apostolicae doctrinae, id est cum plantatoribus justitiae veri luminis in universum orbem ad salutem credentium propalata est, ut haec parabola demonstrat: Dominus quidam urbem marmoream habens in quam magna voce intonuit, plurimis caelaturis muros ejus interius caelavit, ex quibus acutissimam limationem impolitorum lapidum spiravit. Quo facto, idem dominus in unico verbo suo aquis aquarum dicebat, ut sua effusione aequalitatem facerent supra montes.

Pero el que entre ellos algunos de esquema similar, pero de mayor estatura y esplendor aparezcan, esto es que entre los mismos defensores eclesiásticos, están los primeros fundadores de la misma Iglesia, quienes primero después del Hijo de Dios edificándola por su predicación tienen el mismo tenor que también sus seguidores que se conoce que los imitan principalmente, porque según esto como aquellos precedieron, así estos subsiguieron, aventajándolos sin embargo en la forma, porque ellos mismos no tenían ningún otro predecesor de quien el ejemplo de la nueva gracia trajeran excepto del Hijo de Dios, de cuya boca el verbo de la vida oyeron, y aventajándolos en la claridad, porque el fulgor de la encarnación de él ante los demás presencialmente vieron. Quienes también a la misma torre con mucha diligencia miran, porque a la esposa de Dios en el amor divino, con su solicitud de piedad asistir no cesan, para que en su robur perfectamente consista, como está escrito: 'Como la torre de David tu cuello, que está edificada con baluarte. Mil escudos penden de ella, toda la armadura de los fuertes' (Cant. 4). Esto es tal. Como la encarnación del Hijo del sumo Rector, a saber del fortísimo león viniendo de la virginal floridez como fortísimo instrumento de la nueva gracia fue puesta, así la fortaleza de tu fe, oh nueva esposa, durando incorrupta, certísimo baluarte del pueblo fiel fue constituida. ¿Cómo? A tus fortísimas fuerzas asisten y se adhieren todas las municiones de tus hijos; que han de ser nutridos con la nueva ilustración de los arroyuelos que de vino y de la purísima fuente destilan, los cuales tienes en esta conjunción de la fortaleza; como el cuello al resto del cuerpo está conjunto, de modo que ni destruida ni disipada puedas ser, así como tampoco los victoriosos instrumentos del verdadero David podrán ser superados. ¿Cómo? La virtud de Cristo Jesús Hijo de Dios es una torre fortísima: en la cual la victoriosísima milicia de los fieles por invictísima prueba se ejercita, por la cual ningún adversario se gloriará de prevalecer sobre ellos, porque en sí contienen a Cristo verdadero Dios y hombre; por quien en la segunda regeneración toda la compage de tus hijos a la salvación decentísimamente se extiende. Por lo cual aquella purísima encarnación por los profetas fue predicha, y con preciosísimas piedras de las virtudes adornada con los baluarte de la apostólica doctrina, es decir con los plantadores de la justicia de la verdadera luz en el universo orbe para la salvación de los creentes fue propalada, como esta parábola demuestra: Un señor tenía una ciudad marmórea en la cual con gran voz tronó, con muchísimas esculturas los muros de ella interiormente esculpió, de las cuales una agudísima limadura de piedras impolutas espiró. Hecho lo cual, el mismo señor en su único verbo decía a las aguas de las aguas, que por su efusión hicieran igualdad sobre los montes.

Et hoc etiam peracto, ignem ignis similiter admonuit, ut parva tabernacula pararet. Quo etiam adimpleto, eadem tabernacula ita in altum profecerunt, ut urbem illam celeri profectu suo excellerent altitudine. Hoc tale est: Dominus iste est quem nunquam praecessit alius dominatione; sed ipse solus super omnia et in omnibus est, quia nihil ante eum, nec post eum inventum est, ac ideo Dominus omnium est. Hic nobilem urbem chorum scilicet prophetarum adversus rabiem saecularium tempestatum fertem et constantem in sua potestate habuit; quoniam infusione Spiritus sancti repleti erant, cum in eos idem Dominus voce magna intonuit ita quod in eis inspirationem illam suscitavit, qua mysteria ejus obscuris verbis protulerunt, ut primum sonus auditur cum nondum verbum cognoscitur, sonum tamen prophetiae eorum, vero verbo Filio, scilicet Dei incarnato subsequente. Qui Dominus multiplices caelaturas in cordibus eorum fecit: cum intellectum ipsorum multiplici spiritu sapientia infudit, ita quod in spirituali sensu profunda Dei tam praesentis quam futuri videlicet saeculi prophetaverunt, per quem efficacissimos sermones contra contrarios mores hominum protulerunt, quibus durissima corda Judaeorum ad lenitatem et pietyatem felicium actuum provocaverunt. Sed incarnato Verbo Dei, coelestis Pater in eosdem Filio suo innuens apostolis (qui homines existentes segregati erant de communi populo ut purissimi rivuli eliguntur de caeteris aquis fluentibus in plano dicebat; ut inundatione verae fidei effluerent in orbem terrarum, deprimentes et conterentes magnum schisma contemptus, sufflatus superbiae et exaltationis culturae idolorum, ut homines verum Deum cognoscendo desererent infidelitatem suam in praedicationne illorum. Qua fide in populis roborata: idem provisor universorum ignitas mentes electorum suorum, qui accensi fuerant de ignitis cordibus illorum quos Spiritus sanctus in igneis linguis adveniens tetigerat, suaviter etiam in Spiritu sancto admonuit, ut contemptores mundi effecti in contemplatione coelestis vitae, parvuli et pauperes spiritu esse non abnuerent; sed ut per haec parva habitacula humilitatis, sibi supernas divitias compararent. Quae humilitatis opera dum contemptores caducorum in excelso studio subtilissima praecepta Dei semper ruminantes imitarentur, ut martyres, virgines et reliqui suimetipsorum abjectores, ita in hac sui contritione ad amorem coelestium ascenderunt; ut etiam agricolas in vinea Veteris Testamenti laborantes in velocitate bonorum studiorum suorum superarent, dum semetipsos quasi pro nihilo habentes toto desiderio ad aeterna anhelarent.

Y esto también realizado, al fuego del fuego similarmente amonestó, para que pequeños tabernáculos preparara. Lo cual también cumplido, los mismos tabernáculos de tal modo en lo alto crecieron, que a aquella ciudad con su celer progreso excedieron en altura. Esto es tal: Este señor es aquel a quien nunca precedió otro en dominación; sino que él solo sobre todas las cosas y en todas está, porque nada antes de él, ni después de él fue hallado, y por tanto Señor de todos es. Este tuvo la noble ciudad, a saber el coro de los profetas contra la rabia de las tempestades seculares fuerte y constante en su potestad; porque de la infusión del Espíritu Santo repletos estaban, cuando en ellos el mismo Señor con gran voz tronó de tal modo que en ellos aquella inspiración suscitó, por la cual los misterios de él con oscuras palabras profirieron, como primero el sonido se oye cuando todavía el verbo no se conoce, el sonido sin embargo de la profecía de ellos, al verdadero Verbo Hijo, a saber de Dios encarnado subsiguiendo. El cual Señor múltiples esculturas en los corazones de ellos hizo: cuando el intelecto de ellos con múltiple espíritu la sabiduría infundió, de tal modo que en el espiritual sentido las profundas cosas de Dios tanto del presente como del futuro a saber siglo profetizaron, por el cual eficacísimos sermones contra las contrarias costumbres de los hombres profirieron, con los cuales los durísimos corazones de los judíos a la suavidad y piedad de los felices actos provocaron. Pero encarnado el Verbo de Dios, el celestial Padre en ellos a su Hijo asintiendo a los apóstoles (quienes hombres siendo segregados estaban del común pueblo como purísimos arroyuelos son elegidos de las demás aguas que fluyen en el llano) decía; que por la inundación de la verdadera fe fluyeran en el orbe de las tierras, deprimiendo y triturando el gran cisma del desprecio, el soplo de la soberbia y de la exaltación del culto de los ídolos, para que los hombres conociendo al verdadero Dios desertaran de su infidelidad en la predicación de aquellos. Robusta la cual fe en los pueblos: el mismo provisor de todos suavemente también en el Espíritu Santo amonestó las ígneas mentes de sus elegidos, que encendidas habían sido de los ígneos corazones de aquellos a quienes el Espíritu Santo viniendo en lenguas de fuego había tocado, para que despreciadores del mundo hechos en la contemplación de la celestial vida, párvulos y pobres de espíritu ser no rehusaran; sino que por estos pequeños habitáculos de la humildad, para sí celestiales riquezas compararan. Las cuales obras de humildad mientras los despreciadores de las cosas caducas en excelso estudio los sutilísimos preceptos de Dios siempre ruminando imitaban, como mártires, vírgenes y los demás abyectores de sí mismos, así en esta contrición suya al amor de las cosas celestiales ascendieron; que incluso a los agricultores en la viña del Antiguo Testamento trabajando en la celeridad de sus buenos estudios superaran, mientras a sí mismos como por nada teniendo con todo deseo a las eternas suspiraran.

Unde et mille clypei, multae perfectae videlicet defensiones perfectae fidei nova gratia, pendent a Filio Dei; dum primi pastores Ecclesiae exemplum ab ipso trahentes et ob spem supernorum semetipsos conculcantes, catholicam fidem sanguinis sui effusione roboratam, ab ignitis jaculis diaboli (quae vulnerant animas hominum) protegent, quis multiplices virtutes armaturae coelestis militiae in caeteris electis subsequentes; etiam in hoc saeculo amori Dei obsequuntur. Quomodo? Quia antiquus serpens primo homini pessimun fetorem contemptus Dei insufflavit: idcirco et ipse diabolus odore omni aromatum castitatis, scilicet et continentiae ac ligaturae praeceptorum Dei, nec non societatis Christi, jugum ejus sufferre atque contemptus totius mundi durissime in his sibi contrariis coelestibus jaculis transfigitur, ita quod abjectus de civitate Dei, confusus et conculcatum in aperta suae damnationis parte a fidelibus abhorreatur.

Quod autem in septentrionali plaga illius aedificii vides mundum et homines qui de semine Adae procreantur, inter praedictum lucidum murum speculativae scientiae ipsius aedificii et ambitum circuli qui de sedente in throno protenditur discurrentes: hoc est quod in carnalibus desideriis quae respicientia ad imbecillitatem versantur in terrenis saecularium cupiditatum mundus et mundiales homines de culpa primi parentis positi sunt, ex altera parte scientia boni et mali ipsis apposita, ut ad opus Dei per bonum accedant, et malum effugiant, et ex altera potestate Dei illis ostensa, ut et se sub majestate ejus esse sciant, et omnia facta sua ab ipso examinari non dubitent.

Unde et multi aedificium ipsum inter turrim praecursus voluntatis Dei et columnam divinitatis Verbi ipsius per praefatum murum speculativae scientiae intrando et exeundo transeunt, ut nubes hac et illac diffunditur; quia multum divinum opus Veteri Testamento et novo exordio admoniti aggredientes, ipsum per speculativam scientiam relictis carnalibus desideriis intrant, multique voluptates suas sequentes illud in malis concupiscentiis suis ibidem exeunt; ita quod in voluntate sua sive ad bonum sive ad malum, in velocitate nubium, id est in motione cogitationum suarum se hac et illac relaxando deducunt. Sed quod ii qui ipsum aedificium intrant, candidissima veste induuntur: hoc est quod ii qui opus Dei bona voluntate aggrediuntur, purissima et lucidissima veste verae fidei ut Deum cognoscant per misericordiam ipsius vestiuntur. Quorum alii de suavitate et lenitate ejusdem vestis gaudio magno exsultantes, eam retinent;

Por lo cual también mil escudos, muchas perfectas a saber defensas de la perfecta fe por la nueva gracia, penden del Hijo de Dios; mientras los primeros pastores de la Iglesia el ejemplo de él tomando y por la esperanza de las cosas celestiales a sí mismos conculcando, la fe católica robustecida por la efusión de su sangre, de los ígneos dardos del diablo (que vulneran las almas de los hombres) protegen, las cuales múltiples virtudes de la milicia celestial en los demás elegidos subsiguiendo; también en este siglo al amor de Dios obedecen. ¿Cómo? Porque la antigua serpiente al primer hombre el pesimísimo hedor del desprecio de Dios insufló: por tanto también el mismo diablo por todo el olor de los aromas de la castidad, a saber y de la continencia y de la ligadura de los preceptos de Dios, y no menos de la sociedad de Cristo, el yugo de él sufriendo y el desprecio de todo el mundo durísimamente en estos dardos celestiales a él contrarios es traspasado, de tal modo que abyectado de la ciudad de Dios, confuso y conculcado en la abierta parte de su condenación sea aborrecido por los fieles.

En cuanto a que en la región septentrional de aquel edificio veas el mundo y los hombres que de la semilla de Adán son procreados, discurriendo entre el mencionado muro lúcido de ciencia especulativa del mismo edificio y el ámbito del círculo que del que está sentado en el trono se extiende: esto es que en los deseos carnales que, mirando a la imbecilidad, se ocupan en las cosas terrenas de las concupiscencias seculares, el mundo y los hombres mundanos por la culpa del primer padre están situados, habiéndoseles puesto de una parte la ciencia del bien y del mal, para que al trabajo de Dios por el bien accedan, y el mal huyan, y de la otra la potestad de Dios mostrada a ellos, para que tanto se sepan bajo la majestad de él, como no duden que todos sus hechos por él son examinados.

Por lo cual también muchos pasan por el edificio mismo entre la torre de la anticipación de la voluntad de Dios y la columna de la divinidad del Verbo de él, entrando y saliendo por el mencionado muro de ciencia especulativa, como una nube se difunde por aquí y por allá; porque, amonestados, emprendiendo el gran trabajo divino del Antiguo Testamento y del nuevo exordio, entran en él por la ciencia especulativa, dejados los deseos carnales, y muchos, siguiendo sus placeres, salen de allí en sus malas concupiscencias; de modo que en su voluntad, sea para el bien o para el mal, en la velocidad de las nubes, esto es, en la moción de sus pensamientos, relajándose por aquí y por allá se conducen. Pero en cuanto a que los que entran en el edificio mismo son vestidos con una vestidura blanquísima: esto es que los que emprenden el trabajo de Dios con buena voluntad son vestidos, por la misericordia de él, con la purísima y lucidísima vestidura de la verdadera fe para que conozcan a Dios. Algunos de los cuales, exultando con gran gozo por la suavidad y lentitud de la misma vestidura, la retienen;

quia contrito et humiliato spiritu, imbuti dulcissima et lenissima catholica fide, ac perfusi interiore liquore sanctitatis, semper interioribus oculis laetantur in coelestibus, ea devotissime adimplentes retinentes quae ipsis Spiritus sanctus inspirat. Alii autem quasi de gravedine et difficultate ejus tristes effecti, illam exuere volunt; quoniam veluti gravissimo onere gravati et quasi difficillima via impediti, inquietissima et amarissima consuetudine illicitae voluptatis se intrinsecus dilaniantes et macerantes, fidem in operibus suis abjicere conantur, nec divinis praeceptis se commoveri patiuntur. Quos benigne virtus haec quam scientiam Dei nominari audisti, saepius compescens, unicuique eorum dicit vera admonitionis suae, ut praedictum est; quia altissimus Deus praesciens molliri corda durorum lapidum in hominibus flectit se in misericordia sua ad eos (ut tibi ostensum est) frequenter commonens illos ut intra se gementes et flentes ipsum orent quatenus eos liberet de importunitate nequitiae suae qua diabolica suasione perfusi sunt, ita ut in hac poenitentia possint reverti ad intellectum bonae voluntatis, recordantes vestis innocentiae quam susceperunt in regeneratione spiritus et aquae. Sed ut vides quod quidam eorum his verbis castigati quamvis idem indumentum ipsis difficile videatur, illud tamen cum multo sudore retinent: hoc est quod ipsi inspiratione Spiritus sancti admoniti in fide quam suscipiunt quasi gravem et difficilem mentibus suis viam arripiunt, sed eam quamvis multo labore tamen non desperantes nec taedio torpentes tandem perficiunt. Quidam vero eadem verba subsannantes, vestemque ipsam furiose exuentes abjiciunt, ad mundum redeuntes unde venerunt, multaque perscrutantes, multa inutilia saecularium vanitatum discunt; isti sunt qui legem Dei et justitiam ejus derisui habentes, fide catholica in vanitatibus errorum suorum se denudant, eam abnegantes in operibus malignis quae pertinent ad mortem, et ad mundi hujus vanitates se declinant, quas prius ficte dimiserant, ac libidinosa facta in actibus perversis sciscitantes ardentem gustum saeculi discunt atque eum diabolicis irrisionibus secundum deceptionem illius pervertunt. Quorum alii in idem aedificium tandem reversi, vestem quam abjecerant iterum tollentes sibi induunt; quia isti ad opus divinum de via erroris sui redeuntes veniunt, et schisma diaboli quod secundum voluntatem illius acceperant abjicientes, habitum verae fidei quem in baptismo susceperant et quem ipsi in erroribus suis verum Deum deridentes abjecerant, iterum puro et simplici corde confitentes resumunt.

porque con espíritu contrito y humillado, imbuidos de la dulcísima y lentísima fe católica, y perfundidos por el licor interior de la santidad, siempre se alegran con los ojos interiores en las cosas celestiales, cumpliendo y reteniendo devotísimamente aquellas cosas que el Espíritu Santo les inspira. Otros, en cambio, como entristecidos por la pesadez y dificultad de ella, quieren despojarse de ella; puesto que, como gravados por un pesadísimo peso e impedidos como por un camino dificilísimo, desgarrándose y macerándose intrínsecamente por la inquietísima y amarísima costumbre del placer ilícito, intentan arrojar la fe en sus obras, ni permiten ser conmovidos por los preceptos divinos. A los cuales esta virtud que oíste llamar ciencia de Dios, reprimiendo con benignidad más a menudo, dice a cada uno de ellos las verdaderas palabras de su amonestación, como se dijo antes; porque el altísimo Dios, presabiendo que los corazones de piedras duras en los hombres pueden ser ablandados, se inclina en su misericordia hacia ellos (como se te mostró), amonestándolos frecuentemente para que, gimiendo y llorando dentro de sí, le oren a fin de que los libre de la importunidad de su malicia con la que están perfundidos por persuasión diabólica, de modo que en esta penitencia puedan volver al intelecto de la buena voluntad, recordando la vestidura de la inocencia que recibieron en la regeneración del espíritu y del agua. Pero como ves que algunos de ellos, castigados por estas palabras, aunque el mismo indumento les parezca difícil, sin embargo lo retienen con mucho sudor: esto es que ellos, amonestados por inspiración del Espíritu Santo, emprenden el camino en la fe que reciben como un camino grave y difícil para sus mentes, pero aunque con mucho trabajo, sin embargo no desesperando ni entorpeciéndose por el tedio, finalmente lo perfeccionan. Algunos, en verdad, escarneciendo las mismas palabras, y despojándose furiosamente de la vestidura misma, la arrojan, volviendo al mundo de donde vinieron, y escrutando muchas cosas, aprenden muchas cosas inútiles de las vanidades seculares; estos son los que, teniendo en irrisión la ley de Dios y su justicia, se desnudan de la fe católica en las vanidades de sus errores, negándola en las obras malignas que pertenecen a la muerte, y se inclinan a las vanidades de este mundo, que antes fingidamente habían dejado, y escudriñando hechos libidinosos en actos perversos, aprenden el ardiente gusto del siglo y lo pervierten con irrisones diabólicas según el engaño de aquel. Algunos de los cuales, habiendo vuelto finalmente al mismo edificio, tomando otra vez la vestidura que habían arrojado, se la ponen; porque estos vienen de regreso al trabajo divino desde el camino de su error, y arrojando el cisma del diablo que según la voluntad de aquel habían aceptado, reasumen otra vez con corazón puro y simple el hábito de la verdadera fe que en el bautismo habían recibido y que ellos mismos en sus errores, burlándose del Dios verdadero, habían arrojado.

Alii autem reverti nolentes, ea denudati in mundo ignominiose remanent, quoniam ipsi ad Deum pura poenitentia redire contemnentes veste inocentiae spoliantur, et idcirco nudi a bono fidelium operum, sed pleni malo vitiorium diabolicarum artium, in nequitiis mundialium vanitatum cum maxima confusionione tam praesentis saeculi quam futuri vitam suam usque ad mortem impoenitentes deducunt.

Sed quod vides quomodo quidam sordidissimi et nigerrimi quasi per insaniam excitati ab aquilone venientes in ipsum aedificium irruunt turrimque praefatam bacchando invadentes, in eam ut serpentes sibilant: hoc est quod quidam scelerati homines sub mobili calore laeti stuporis, sordentes per nigredinem diabolicae aspectionis Deum aspiciunt, nec causam illam quam desiderant per donum sancti Spiritus quaerunt sed diabolica arte afflati et incitati atque a parte damnationis missi callida arte divinum opus intrant, ac furtim subtrahendo et palam rapiendo atque in insaniam bacchando temere per nefandissimam pecuniam horribilis diabolicae nigredinis, constituta a Deo officia deglutiunt et Ecclesiam hoc modo per insanum furorem conturbantes, in eam sibilos deceptionis antiqui serpentis dant. Quomodo? Diabolica astutia tandiu incautos homines afflant, donec eos secundum voluntatem suam per mortiferam emptionem exsuperant, hoc sibilo jactantiae Ecclesiam contaminantes dum sic furantur potestates quae mea ordinatione constitutae sunt. Qui quoniam haec faciunt: a conspectu meo impoenitentes projecti sunt, nec in his factis eos scio; quia ea per se et non per me adepti sunt, ut Osee servus meus ostendit, dicens: Ipsi regnaverunt, sed non ex me, principes exstiterunt et non cognovi. Argentum suum et aurum suum fecerunt sibi idola ut interirent (Ose. VIII). Hoc tale est: Homines voluntatem suam sequentes, computant et constituunt in se ipsis quidquid eorum proprius appetitus deliberat. Quid hoc? Concupiscens videlicet concupiscentia eorum quae in ipsis est; suadet ut dominentur hominibus furtivo et rapto honore, non postulato nec sumpto, nec constituto ex me, quod tamen aliquando ita fieri permitto; ut judicialis poena superveniat eis ob proprias voluntates eorum, quia me in hoc non quaesierunt. Et quid hoc eis prodest? Quia in hoc non viriditatem sed ariditatem habent; et quoniam hoc non plantatur sed inutilis herba nascitur in eis absque trunco. Infructiferae enim herbae de terra facile nascuntur per se; fructiferae autem seminantur et plantantur magno labore. Sic permitto quod aliquando terrenum desiderium hominis, sine radice in malo facile floreat, plantationem boni non quaerens; quia viriditatem aestatis non habet, permittens etiam quod aliquando rectum desiderium ejus bene radicatum in bono: fructum per multas miserias afferat, rigationem sanctitatis amans, quoniam asperitate hiemis caret.

Otros, en cambio, no queriendo volver, permanecen ignominiosamente en el mundo desnudos de ella, puesto que ellos, despreciando volver a Dios por pura penitencia, son despojados de la vestidura de la inocencia, y por tanto desnudos del bien de las obras de los fieles, pero llenos del mal de los vicios de las artes diabólicas, conducen su vida en las nequicias de las vanidades mundanas con la máxima confusión tanto del presente siglo como del futuro, impenitentes hasta la muerte.

Pero en cuanto a que ves cómo algunos sordidísimos y negrísimos, como excitados por la locura, viniendo del aquilón irrumpen en el edificio mismo e invadiendo la mencionada torre con bacanales, silban en ella como serpientes: esto es que ciertos hombres criminales bajo el calor móvil de un alegre estupor, estando sucios por la negrura de la mirada diabólica, miran a Dios, ni buscan aquella causa que desean por el don del Espíritu Santo, sino que inspirados e incitados por el arte diabólico y enviados de la parte de la condenación, entran con arte astuto en el trabajo divino, y sustrayendo furtivamente y arrebatando públicamente y bacanales en la locura, devoran temerariamente por el nefastísimo dinero de la horrible negrura diabólica los oficios constituidos por Dios, y turbando de este modo la Iglesia por el furor insano, dan en ella los silbidos del engaño de la antigua serpiente. ¿Cómo? Con astucia diabólica soplan tanto tiempo a los hombres incautos, hasta que los superan según su voluntad por la mortífera compra, jactándose con este silbido de fanfarronería de que contaminan la Iglesia mientras así roban las potestades que por mi ordenación han sido constituidas. Los cuales, puesto que hacen estas cosas: de mi presencia han sido proyectados impenitentes, ni en estos hechos los conozco; porque ellos los alcanzaron por sí mismos y no por mí, como Oseas mi siervo muestra, diciendo: "Ellos reinaron, pero no de mí: fueron príncipes, y yo no lo supe: de su plata y de su oro hicieron ídolos para sí, para perecer" (Os. VIII). Esto es tal: Los hombres, siguiendo su propia voluntad, computan y constituyen en sí mismos todo lo que su propio apetito delibera. ¿Qué es esto? A saber, la concupiscencia deseante de aquellas cosas que está en ellos; les persuade a que dominen a los hombres con honor furtivo y arrebatado, no postulado ni tomado, ni constituido por mí, lo cual sin embargo a veces permito que así se haga; para que la pena judicial sobrevenga sobre ellos por sus propias voluntades, porque no me buscaron en esto. ¿Y qué les aprovecha esto? Porque en esto no tienen verdor sino aridez; y puesto que esto no se planta, sino que nace en ellos una hierba inútil sin tronco. Pues las hierbas infructíferas de la tierra fácilmente nacen por sí mismas; las fructíferas, en cambio, se siembran y se plantan con gran trabajo. Así permito que a veces el deseo terreno del hombre, sin raíz en el mal, florezca fácilmente, no buscando la plantación del bien; porque no tiene el verdor del estío, permitiendo también que a veces su recto deseo bien radicado en el bien: aporte fruto por muchas miserias, amando el riego de la santidad, puesto que carece de la aspereza del invierno.

Unde etiam saepe viles homines praecellunt in principatu communem et utilem populum, ut inutiles herbae aliquando excelsiores sunt utilibus; ipsis tantum positis in propriis desideriis suis non mea plantatione, aut tactu cognitionis doni mei, aut ordinationis meae radicatis, sed hoc justo judicio permitto fieri; quia illud a me non quaesierunt, sed intra se ipsos constituerunt, unde et mihi super hoc in judicio meo respondebunt. Nam et felicitatem optimae doctrinae quam in animo suo ab omni indignitate infidelitatis deberent examinare ut argentum purgatur a cuncta falsitate, et utilitatem profundissimae sapientiae quam in voluntate sua deberent ordinare splendidissima fide, semper videntes quomodo Deus colendus, venerandus, et confitendus sit; faciunt sibi in contrarietatem vanitatis. Quomodo? Ipsi incurvant eam ad maximam infelicitatem, intellectum suum quem a Deo habent insatiabilibus concupiscentiis carnis suae offerentes; quasi fetens et putrida ipsa caro eorum deus sit, nolentes oculos suos erigere ad Deum qui formavit illos, sed voluntatem suam pro Deo habentes, quoniam secundum hoc vivunt; ut in se ipsis ordinant et constituunt. Hoc autem ideo non faciunt; ut agrum illum qui gignit cibum vitae aeternae possideant, sed ut absint ab eo et impoenitentes in perpetuum intereant, quoniam ille quem pro Deo colunt mortuus est: sicut et ipsi mortui sunt, videlicet tam venditores quam emptores spiritualium, hoc esse desiderantes quod a me non quaesierunt. Nam qui potestatem per vesanam concupiscentiam invadit, ita quod rationabile donum Spiritus sancti venale facit; quomodo posset ex tali venditione salvari? quia homo qui substantiam suam alienis vendit, ea non debet amplius uti. Et quomodo deberet etiam mercator ille uti empta salvatione quam a Deo nolebat recipere, sed festinavit eam adipisci pecunia, quam tamen ut adipisceretur recto judicio suo Deus fieri permisit? Nam quibusdam Deus indignatus illud eos furari permittit; pro quo tamen occulto judicio in praesenti eos punit, et non in futuro; ut secundum quod in oblivione Spiritus sancti amaverunt, in se ipsis confundant, ita quod per confusionem hanc ad hoc perducuntur ut ad Deum in poenitentia revertantur; unde et hac peracta remissionem in futuro consequuntur. Quosdam autem in hoc tolerat, non in praesenti eos crucians, sed justa ex causa in futurum differens, quia voluntatem suam pro Deo habent; quapropter et ipse eis in futuro ostendit, quod voluntas eorum ipsis in amaris cruciatibus prosit. Sed et alios tam in praesenti quam in futuro punit, quoniam clarus eorum intellectus in ipsis vilem ac contemptibilem sua sponte se facit, imitans diabolum in malis suis. Alios quoque ad hoc pervenire permittit; ut ipsum malum in poenitentia eorum confundatur, cum se pro perpetrata injustitia acriter punientes, illam quasi putridum cadaver adjiciunt.

Por lo cual también a menudo hombres viles sobresalen en el principado por encima del pueblo común y útil, como las hierbas inútiles a veces son más excelsas que las útiles; estando ellos puestos solo en sus propios deseos, no por mi plantación, o radicados por el tacto del conocimiento de mi don, o de mi ordenación, sino que por justo juicio permito que esto se haga; porque no lo buscaron de mí, sino que lo constituyeron dentro de sí mismos, por lo cual también me responderán sobre esto en mi juicio. Pues incluso la felicidad de la óptima doctrina, que en su alma deberían examinar de toda indignidad de infidelidad como la plata se purga de toda falsedad, y la utilidad de la profundísima sabiduría, que en su voluntad deberían ordenar con esplendidísima fe, viendo siempre cómo Dios debe ser cultivado, venerado y confesado; se hacen para sí mismos en contrariedad de vanidad. ¿Cómo? Ellos mismos la inclinan a la máxima infelicidad, ofreciendo su intelecto que tienen de Dios a las insaciables concupiscencias de su carne; como si su carne misma, fétida y podrida, fuera su dios, no queriendo erigir sus ojos hacia Dios que los formó, sino teniendo su propia voluntad por Dios, puesto que según esto viven; como en sí mismos ordenan y constituyen. Pero esto no lo hacen por esto; para que posean aquel campo que engendra el alimento de la vida eterna, sino para que estén ausentes de él y perezcan perpetuamente impenitentes, puesto que aquel al que cultivan por dios está muerto: como también ellos mismos están muertos, a saber tanto los vendedores como los compradores de cosas espirituales, deseando ser esto que de mí no buscaron. Pues quien invade la potestad por la vesana concupiscencia, de modo que hace venal el don razonable del Espíritu Santo; ¿cómo podría salvarse de tal venta? porque el hombre que vende su sustancia a extraños, no debe usarla más. ¿Y cómo debería también aquel mercader usar la salvación comprada que no quería recibir de Dios, sino que se apresuró a alcanzarla con dinero, lo cual sin embargo, para que lo alcanzara, Dios por su recto juicio permitió que se hiciera? Pues con algunos Dios indignado les permite robar aquello; por lo cual sin embargo, por un oculto juicio en el presente los castiga, y no en el futuro; para que según lo que amaron en el olvido del Espíritu Santo, se confundan en sí mismos, de modo que por esta confusión sean conducidos a esto, a que vuelvan a Dios en penitencia; por lo cual, una vez realizada esta, consiguen la remisión en el futuro. Pero a algunos los tolera en esto, no atormentándolos en el presente, sino difiriéndolo por justa causa para el futuro, porque tienen su propia voluntad por dios; por lo cual también él les muestra en el futuro, cuánto les aprovecha su voluntad en amargos tormentos. Pero a otros los castiga tanto en el presente como en el futuro, puesto que su claro intelecto en ellos se hace vil y despreciable por su propia voluntad, imitando al diablo en sus males. A otros también les permite llegar a esto; para que el mal mismo sea confundido en su penitencia, cuando castigándose acerbamente por la injusticia perpetrada, la arrojan como un cadáver podrido.

Quibusdam vero ne hoc adipiscantur, misericorditer resistit; quia si ad illud pertingerent, poenas gehennales non effugientes in eis fortiter cruciari mererentur. Quicunque autem prostituerit aut sibi usurpaverit cathedram potestatis in consilio patris sui qui pecunia est, quoniam ipsa pater illius efficitur in mercatu, ipsi perditionem acquirens ab illa dignitate; et ille qui dedit et qui accepit abjiciendus est, quia si homini pecus suum furtim ablatum et alii venundatum fuerit; ille cui ablatum est, repertum cum omni jure repetit, qui vero vendidit aut qui emit, absque contradictione uterque dimittet illud. Sic et dignitas potestatis quae secundum justitiam meam debet possideri, si per aliquem furtivo munere diripitur, et in alios perverse dissipatur; a me cum districto judicio requiritur, ac propterea ille qui eam in mercatum posuit, vel qui eam indigne comparavit, utilitate illius justo judicio uterque carebit, quia templum nomini meo consecratum, donum rapinae fecerunt. Quomodo? Sapientiam et consilium quod a me in corde suo habuerunt: sua sententia in forum posuerunt. sibi ex hoc pecuniam iniquitatis in aliorum perditione recipientes. Quapropter mercatum illum in amara poenitentia abjicient; vel mihi inde in igne diri ardoris respondebunt. Nam qui viventem dignitatem quam spiritus in spiritualibus apicibus vivificat, mortuo pretio comparans ad fetorem scaturientis putredinis perducere conatur: ex ipsa praesumptionis perversitate (nisi citius poeniteat) in perditionem detrudetur, ut accensus in Spiritu sancto desertor erroris relinquensque omnia filius columbae Petrus, transeunti turbini qui in teterrima nigredine lucem volebat absorbere dicit: Pecunia tua tecum sit in perditionem; quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est enim tibi pars neque sors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram Deo (Act. VIII). Hoc tale est: Pecunia fallacis confidentiae tuae quam habes in aliena re ut dominum, ipsa autem te habens ut mancipium imo ut nihilum, sit tibi in perditione gehennalis ignis; si hoc donum quod ignei Spiritus sancti est, per nefas pecuniae comparatum, impoenitens retinueris, quoniam in transitoria scientia animae tuae accensionem ipsius acutissimi inspectoris, fallaciter existimasti pecunia possideri; quam diffisus es te posse habere dono Dei. Si autem ob causam hanc poenitueris: illud quod emisti dimittes, pecuniamque quam pro ipso dedisti sic perditam senties, quia quod aeternum est, cum luto mercari voluisti ab illo, qui te formavit ex limo. Sed te in illa emptione durante, non habebis partem lucis in consortio supernorum angelorum; quoniam in sermone linguae tuae rapacitatem cordis tui protulisti, aliud concupiscens quam cives aeternae claritatis desiderent. Unde et cor tuum in hac perversitate coram Deo injustum est: hoc volens habere per emptionem pecuniae, quod gratis a Deo donandum est.

A algunos, en cambio, para que no alcancen esto, resiste misericordiosamente; porque si llegaran a ello, no escapando de las penas gehennales, merecerían ser fuertemente atormentados en ellas. Pero cualquiera que haya prostituido o usurpado para sí la cátedra de la potestad en el consejo de su padre que es el dinero, puesto que ella misma se hace padre de aquel en el mercado, adquiriendo para él la perdición desde aquella dignidad; tanto el que dio como el que recibió debe ser arrojado, porque si a un hombre su ganado le fuera quitado furtivamente y vendido a otro; aquel a quien se le quitó, una vez hallado, lo repite con todo derecho, y el que vendió o el que compró, ambos lo dejarán sin contradicción. Así también la dignidad de la potestad que según mi justicia debe poseerse, si por alguien es arrebatada por un don furtivo, y perversamente disipada en otros; de mí con estricto juicio es requerida, y por tanto aquel que la puso en mercado, o el que indignamente la comparó, ambos carecerán de la utilidad de ella por justo juicio, porque hicieron del templo consagrado a mi nombre un don de rapiña. ¿Cómo? La sabiduría y el consejo que de mí tuvieron en su corazón: por su propia sentencia los pusieron en el foro, recibiendo para sí de esto el dinero de la iniquidad en la perdición de otros. Por lo cual arrojarán aquel mercado en amarga penitencia; o me responderán de ello en el fuego de duro ardor. Pues quien, comparando la dignidad viviente que el espíritu vivifica en los ápices espirituales con un precio muerto, intenta conducirla al hedor de la putrefacción que brota: por esa misma perversidad de la presunción (si no se arrepiente más pronto) será empujado a la perdición, como el desertor del error, encendido en el Espíritu Santo y dejándolo todo, Pedro el hijo de la paloma, dice al torbellino que pasaba, que en la negrura más tétrica quería absorber la luz: "Tu dinero sea contigo para perdición; porque has juzgado que el don de Dios se poseía con dinero. No tienes parte ni suerte en este discurso: porque tu corazón no es recto ante Dios" (Hechos VIII). Esto es tal: El dinero de tu falaz confianza que tienes como señor en cosa ajena, pero teniéndote ella a ti como esclavo, más aún como nada, sea para ti en la perdición del fuego gehennal; si tú, impenitente, hubieras retenido este don que es del ígneo Espíritu Santo, comprado por la maldad del dinero, porque en la ciencia transitoria de tu alma falsamente juzgaste que el encendido del inspector acutísimo podía poseerse con dinero; del cual desconfiaste que podías tener por el don de Dios. Pero si por esta causa te hubieras arrepentido: dejarás aquello que compraste, y sentirás así perdido el dinero que por ello diste, porque lo que es eterno, quisiste comerciar con lodo de aquel que te formó del limo. Pero permaneciendo tú en aquella compra, no tendrás parte de la luz en el consorcio de los ángeles supernos; puesto que en el discurso de tu lengua proferiste la rapacidad de tu corazón, deseando otra cosa de lo que los ciudadanos de la claridad eterna desean. Por lo cual también tu corazón en esta perversidad es injusto ante Dios: queriendo tener esto por compra de dinero, que gratuitamente ha de ser donado por Dios.

Itaque desertores hujus divini pacti, quia illud quaerere deberent gratuito dono Spiritus sancti et non faciunt, justo judicio per me vanis simulacris comparantur; quoniam ut illa opus manuum existentia a veritatis consortio sunt vacua, sed tamen ab infidelibus pro Deo coluntur, sic et isti per contrarietatem terrenorum munerum illuminatione Spiritus sancti carentes, fallaces magistri efficiuntur, non electi in suspirio animae suae veluti officio illo sint indigni, sed in flagrante superbia illud ab hominibus accipientes voluntatem meam in hoc non considerantes. Quapropter nescio unde sint illi et quasi alieni sunt a me; quia ob hanc injustitiam suam si sic perseveraverint, a me projecti sunt. Si autem ex toto corde poenituerint, eos suspiciens, gaudium super ipsos faciam angelorum.

Sed, quamvis injuste agant qui perverso ardore has dignitates desiderant, nec eis consentiendum sit qui eas sua nequitia invadere nituntur, ut dictum est; ipsa tamen regimina bona ad utilitatem hominum a Deo bene disposita sunt, nec eis superbe et pertinaciter resistendum est, sed potius in amore meo obediendum. Unde nullus fidelium qui Deo vult digne obtemperare opponat se magisterio sibi praesidenti: quoniam illud imitatur honorem Dei, custodiens et pascens oves ipsius, ut honor ipsarum ovium non dissipetur in alienum qui fur et latro est; quia ut nullus debet repugnare Deo, sic nemo debet insipienter resistere magisterio suo. Ergo omnis homo vivens in anima et corpore altioribus se dignitatibus, sive corporales sive spirituales justitias retineat: subjectus eis debet obedire ut in timore magisterii earum dirigatur constituta lex hominum, ne ipsi deviantes in indisciplinata libertate voluntatis suae sibi ipsis legem ponant secundum quod voluerint, sic errantes in via Domini, quia ne errent; propter hoc potestas a Deo est. Quomodo? Inspiratione Spiritus sancti regimina hominum disposita sunt; ut per ipsa discant homines timere Dominum. Quae si illi secundum libitum suum in contrarietatem perverterint; non tamen sic in voluntate Dei est, sed in secreta permissione ejus ut justo judicio concupiscentia illorum in perverso ardore ad detrimentum sui compleatur. Ergo dignitates potestatum inspiratae a Deo ad utilitatem hominum ob magnam necessitatem eorum ab ipso juste ordinatae sunt; ne plebs Dei more pecudum sine regimine vivens, per devia quaeque instabilitatis suae incederet.

Por tanto, los desertores de este pacto divino, porque deberían buscarlo por el gratuito don del Espíritu Santo y no lo hacen, por justo juicio por mí son comparados con vanos simulacros; puesto que como aquellos, siendo obra de las manos de los hombres, están vacíos del consorcio de la verdad, pero sin embargo son cultivados por los infieles como dios, así también estos, careciendo por la contrariedad de los dones terrenos de la iluminación del Espíritu Santo, se hacen maestros falaces, no elegidos en el suspiro de su alma como si fueran indignos de aquel oficio, sino recibiéndolos de los hombres en inflamada soberbia, no considerando mi voluntad en esto. Por lo cual no sé de dónde sean aquellos y son como ajenos a mí; porque por esta injusticia suya, si así hubieran perseverado, han sido proyectados por mí. Pero si de todo corazón se arrepintieran, recibiéndolos, haré gozo sobre ellos entre los ángeles.

Pero, aunque obren injustamente los que con perverso ardor desean estas dignidades, ni deba consentirse a los que se esfuerzan por invadirlas con su malicia, como se dijo; sin embargo los gobiernos mismos son buenos y bien dispuestos por Dios para la utilidad de los hombres, ni debe resistírseles con soberbia y pertinacia, sino más bien obedecer en mi amor. Por lo cual ninguno de los fieles que quiera obedecer dignamente a Dios se oponga a la maestría que le preside: puesto que ella imita el honor de Dios, custodiando y apacentando sus ovejas, para que el honor de las ovejas mismas no se disipe hacia un extraño que es ladrón y salteador; porque como nadie debe oponerse a Dios, así nadie debe resistir insensatamente a su maestría. Por tanto todo hombre que vive en alma y cuerpo debe obedecer a las dignidades superiores a él, ya retenga justicias corporales o espirituales: sujeto a ellas debe obedecer para que en el temor de la maestría de ellas se dirija la ley constituida de los hombres, no sea que ellos, desviándose en la indisciplinada libertad de su voluntad, se pongan a sí mismos una ley según lo que quisieren, errando así en el camino del Señor, porque para que no yerren; por esto la potestad es de Dios. ¿Cómo? Por inspiración del Espíritu Santo los gobiernos de los hombres han sido dispuestos; para que por ellos aprendan los hombres a temer al Señor. Los cuales si ellos, según su placer, los pervirtieran en contrariedad; no sin embargo es así en la voluntad de Dios, sino en su secreta permisión para que por justo juicio la concupiscencia de ellos en perverso ardor se cumpla para detrimento de sí mismos. Por tanto las dignidades de las potestades inspiradas por Dios para la utilidad de los hombres por su gran necesidad han sido justamente ordenadas por él; no sea que el pueblo de Dios, viviendo sin gobierno a la manera de los brutos, caminara por todos los desvíos de su inestabilidad.

Unde quae ipsis repugnat, nolens per impulsum superbiae eis in humilitatis subjectione, ut justum est, obedire; non hominibus contradicit, sed mihi Creatori qui cuncta juste dispono, se pertinaciter secundum transgressionem Adae opponitur, propter hanc rebellionem tenebras damnationis sibi accumulans, sicut et ille de gaudio in aerumnas expulsus est; non autem ille qui perversae nequitiae hominum in zelo meo in humilitate incedens non consentit, quia is justitiam justitia Dei potius auget quam minuat, si hoc congruenter et opportune fecerit; sed is qui ipsas dignitates per elatam superbiam indecenter opprimere voluerit, quoniam ille mea dispositione ad utilitatem viventium, ut praedictum est, propalatae sunt. Et qui contra eas superbe calcitrat, inspirationi meae repugnat, quamvis aliqui insania ignorantiae suae timorem meum non inspicientes, eisdem dignitatibus in iniquitate voluntatis suae divinum praeceptum praevaricantes se ingerant, quod justo judicio ita fieri permitto ut desiderant ipsi, per aequissimam examinationem ex hoc in gravi poenitentia aut in igne gehennae responsuri.

Sed ut vides quod ex his quidam ab hac stultitia cessantes mundi effecti sunt, aliis in eadem nequitia et sorde sua perseverantibus: hoc est quod ex eis aliqui per inspirationem divinam a perversitate sua resipiscentes, per puram et veram poenitentia mundari et salvari merentur, aliis obduratis et impoenitentibus in eadem calliditate sua et immunditia usque ad finem vitae suae permanentibus, atque ita suffocatis miserabiliter et crudeliter in tormentis dirae mortis morientibus.

Quod autem intra praedictum aedificium conspicis versus praefatam turrim Ecclesiae, quasi septem albi coloris marmoreas columnas in miram rotunditatem tornatas, stantes: hoc est quod in opere omnipotentis Patris ad munimentum et ad decorem novae sponsae, Spiritus sanctus inspirationis suae septem candidissima sustentacula omnem adversitatem tempestatum sua fortitudine abstergentia declarans, summam potestatem nec initium nec finem in rotunditate aeternitatis habentem manifestavit. Quae sunt altitudinis septem cubitorum; quia omnem fortitudinem et altitudinem totius humani intellectus illa dona excedentia, eum qui cuncta creavit purissima fide colendum demonstrant. Et in summitate sua quasi ferreum et rotundum habent tabulatum, decenter aliquantulum in altitudinem sursum erectum; quoniam in excellentia suae claritatis invincibilem et incomprehensibilem divinitatis potestatem designant, tegentem et sustentantem illos elegantissima rectitudine sua in coelestibus, qui se hic per dona sancti Spiritus separaverint a carnalibus voluptatibus.

Por lo cual quien se les opone, no queriendo por el impulso de la soberbia obedecerles en la sujeción de la humildad, como es justo; no contradice a los hombres, sino a mí el Creador que justamente dispongo todo, oponiéndose pertinazmente según la transgresión de Adán, acumulando para sí las tinieblas de la condenación por esta rebelión, así como aquel fue expulsado del gozo a las miserias; pero no aquel que, caminando en humildad en mi celo, no consiente a la perversa maldad de los hombres, porque este más bien aumenta la justicia por la justicia de Dios que la disminuye, si hiciera esto congruente y oportunamente; sino aquel que por la elada soberbia quisiera oprimir indecentemente esas dignidades, puesto que ellas por mi disposición para utilidad de los vivientes, como se dijo antes, han sido manifestadas. Y quien contra ellas soberbiamente corcovea, resiste a mi inspiración, aunque algunos por la locura de su ignorancia no mirando mi temor, se ingieran en las mismas dignidades en la iniquidad de su voluntad prevaricando el precepto divino, lo cual por justo juicio permito que así se haga como ellos mismos desean, habiendo de responder por esto por una equitativa examinación en grave penitencia o en el fuego de la gehena.

Pero como ves que de estos algunos cesando de esta estulticia han sido hechos limpios, mientras otros perseveran en la misma maldad y su suciedad: esto es que de ellos algunos por inspiración divina volviendo en sí de su perversidad, merecen ser limpiados y salvados por pura y verdadera penitencia, permaneciendo otros endurecidos e impenitentes en esa misma astucia suya e inmundicia hasta el fin de su vida, y así sofocados miserable y cruelmente muriendo en los tormentos de la dura muerte.

Pero en cuanto a que contemplas, dentro del mencionado edificio hacia la mencionada torre de la Iglesia, como siete columnas de mármol de color blanco torneadas en una maravillosa redondez, de pie: esto es que en el trabajo del Padre omnipotente para fortalecimiento y para decoro de la nueva esposa, el Espíritu Santo, declarando los siete blanquísimos sostenes de su inspiración que limpian toda adversidad de las tempestades con su fortaleza, manifestó la suma potestad que no tiene principio ni fin en la redondez de la eternidad. Las cuales son de una altura de siete codos; porque esos dones, excediendo toda la fortaleza y altura de todo el intelecto humano, demuestran que aquel que creó todas las cosas debe ser cultivado con purísima fe. Y en su cumbre tienen como un tablado de hierro y redondo, decorosamente erigido un poco hacia arriba en la altura; puesto que en la excelencia de su claridad designan la invencible e incomprensible potestad de la divinidad, cubriendo y sustentando con su elegantísima rectitud en las cosas celestiales a aquellos que aquí por los dones del Espíritu Santo se hayan separado de los placeres carnales.

Quod autem in cacumine ejusdem tabulati vides quasi pulcherrimam imaginem stantem: hoc est quod virtus haec in altissimo Patre ante omnem creaturam fuit, ordinans in consilio ejus quaeque instrumenta creaturarum quae in coelo et in terra condita sunt, ipsa scilicet magnus ornatus fulgens in Deo, latissimusque gradus graduum caeterarum virtutum existens in ipso, eique dulcissima amplexione inardentis amoris conjuncta tripudio. Quae ad homines in mundum aspicit; quoniam illos qui eam sequi voluerint sua protectione semper regit et custodit, eos valde diligens; quia constant in ipsa. Nam imago illa sapientiam Dei designat; quia omnia per ipsam a Deo creata sunt et reguntur, cujus caput veluti fulgur tanto nitore radiat, ut illud ad plenum non possis considerare; quoniam divinitas terribilis et blanda omni creaturae est, omnia videns et considerans, ut oculus hominis ea dijudicat quae sibi fuerint apposita, a nullo tamen hominum in profunditate mysterii sui ad finem valens perduci. Unde et manus ad pectus suum decenter componit: quae est potestas sapientiae quam ad se ipsam sapienter constringit, ita quod omne opus suum tali modo dirigit, ut nullus ei in aliquo nec prudentia nec potentia resistere possit, pedibus ejus in ipso tabulato tibi ad videndum occultatis; quia profunda ejus in corde Patris absconsa nulli hominum patent, soli Deo secreta ejus nuda et manifesta. Quod vero circulum in modum coronae multo fulgentem splendore habet in capite: hoc est quod majestas Dei initio et fine carens incomparabili nitet honore, tanto fulgore Divinitate radiante, ut acies mortalium mentium in ipsa reverberentur. Sed quod tunica aurei coloris induitur: hoc est quod opus sapientiae quasi in purissimo auro frequenter consideratur. Quapropter et a pectore deorsum usque ad pedes zona una descendens pretiosissimarum gemmarum ornata, viridis scilicet albi et rubei atque aerei purpureo fulgore interlucente coloris decoratur; quoniam ab exordio mundi cum primum sapientia opus suum in apertam ostensionem dedit, jamque se usque ad finem saeculorum quasi una via tetendit in sanctis et justis mandatis ornata, videlicet prima plantatione viridis germinis patriarcharum et prophetarum, quae in aerumnas gemitus laboris sui maximo desiderio Filium Dei flagitabant incarnari, et deinde decorata candidissima virginitate in virgine Maria, et postea in robustissima et rubente martyrum fide, ac demum in contemplationis purpurea et lucida charitate, qua Deus et proximus per calorem sancti Spiritus diligendus est, quod ita ad terminum mundi procedet admonitione illius non cessante, sed semper quandiu saeculum durat emanante, ut etiam haec virtus in exhortatione sua declarat, ut praedictum est.

Pero en cuanto a que ves como una hermosísima imagen de pie en la cima del mismo tablado: esto es que esta virtud estuvo en el altísimo Padre antes de toda criatura, ordenando en su consejo cada uno de los instrumentos de las criaturas que en el cielo y en la tierra fueron fundados, siendo ella a saber el gran ornato que brilla en Dios, y existiendo en él como el grado más ancho de los grados de las demás virtudes, y unida a él en un baile con el dulcísimo abrazo del amor ardiente. Ella mira hacia los hombres en el mundo; puesto que a aquellos que quieran seguirla siempre los rige y custodia con su protección, amándolos mucho; porque perseveran en ella. Pues esa imagen designa la sabiduría de Dios; porque todas las cosas por ella han sido creadas y son regidas por Dios, cuya cabeza radia con tanto brillo como el relámpago, que no puedes considerarla plenamente; puesto que la divinidad es terrible y suave para toda criatura, viéndolo y considerándolo todo, como el ojo del hombre juzga aquellas cosas que le fueron puestas delante, sin embargo no pudiendo ser conducida al fin por ninguno de los hombres en la profundidad de su misterio. Por lo cual también compone decorosamente sus manos sobre su pecho: que es la potestad de la sabiduría que sabiamente constriñe hacia sí misma, de modo que dirige todo su trabajo de tal manera, que nadie puede resistirle en nada ni por prudencia ni por potencia, estando sus pies ocultos a tu vista en el mismo tablado; porque sus cosas profundas, escondidas en el corazón del Padre, a ninguno de los hombres están abiertas, sus secretos desnudos y manifiestos solo para Dios. Pero el que tenga en la cabeza un círculo a modo de corona que brilla con mucho esplendor: esto es que la majestad de Dios, careciendo de principio y fin, brilla con incomparable honor, radiando la Divinidad con tanto fulgor, que los filos de las mentes mortales son reverberados en ella. Pero el que esté vestida con una túnica de color áureo: esto es que el trabajo de la sabiduría casi en el oro más puro frecuentemente es considerado. Por lo cual también desde el pecho hacia abajo hasta los pies desciende una zona adornada con gemas preciosísimas, decorada con color verde, blanco, rojo y broncíneo con un fulgor purpúreo que brilla entre ellos; puesto que desde el principio del mundo cuando la sabiduría dio por primera vez su trabajo en abierta manifestación, y ya se ha extendido hasta el fin de los siglos como por un solo camino adornada en santos y justos mandatos, a saber en la primera plantación del verde germen de los patriarcas y profetas, que en las miserias del gemido de su trabajo con máximo deseo pedían que el Hijo de Dios se encarnara, y después decorada con la blanquísima virginidad en la virgen María, y después en la robustísima y enrojecida fe de los mártires, y finalmente en la purpúrea y lúcida caridad de la contemplación, por la cual Dios y el prójimo han de ser amados por el calor del Espíritu Santo, lo cual así procederá hasta el término del mundo no cesando la amonestación de ella, sino siempre emanando mientras el siglo dure, como también esta virtud declara en su exhortación, como se dijo antes.

Sed quod iterum in pavimento ipsius aedificii tres alias imagines vides: hoc est quod hae virtutes terrena calcantes, et coelestia in divino opere sectantes tria instrumenta per quae Ecclesia in filiis suis aeterna petit designant, nutrimentum scilicet magistrorum et pugnam fidelium adversus diabolum, ac reversionem eorum de consensu vitiorum; quarum una praefatis columnis acclivis est; quia ecclesiastici doctores per donum sancti Spiritus imbuti, requiem capiunt ipsius fortitudine; et reliquae duae ante ipsam sibi collaterales stant, quoniam dilectio Dei et proximi ejus exhortatione in istarum conjuncta et sociabili continetur operatione. Unde et se omnes ad columnam humanitatis Salvatoris et ad praefatam turrim dirigunt; quia pari unanimitate Filium Dei verum Deum et verum hominem in Ecclesia devotissime coli et adorari ostendunt, justitiam per justitiam elevantes, designando videlicet in antiquis sanctis altissimum Deum in incarnatione Filii ejus salvationem operatum animarum.

Sed haec imago quae ipsis columnis acclivis est, praefigurat justitiam Dei; quoniam ipsa post sapientiam per Spiritum sanctum in hominibus cum omnibus justitiis suis operatur, tantae latitudinis apparens ut latitudo quinque hominum sibi astantium nominari potest; quod est expansio quinque sensuum humanae capacitatis, cum quibus ipsa in latitudine legis Dei conversatur, continens et conservans a Deo instituta praecepta vitae, ipsam diligentibus. Quae et tantae proceritatis est, ut longitudinem ejus perfecte discernere non valeas, ita etiam quod per omne hoc aedificium prospiciat; quia ipsa in latitudine sua humanum intellectum excellens, sursum tendit ad coelestia; sic quod etiam in incarnatione Salvatoris de coelo prospexit: cum idem Salvator scilicet Filius Dei a Patre exivit, qui vera justitia existit. Unde et in omnia ecclesiastica instrumenta aspectum suum dirigit; quoniam illa per eam fabricantur et continentur, ut altiora propugnacula ad fortissimam turrim per quam constare possint conjunguntur. Quapropter et magnum caput et claros oculos habens, acutissime in coelum videt; quoniam maxima et summa bonitas justitiae, lucidissimum visum per incarnatum Filium Dei hominibus declaravit, cum ille in humano corpore terrenis ac tenebrosis oculis se manifestavit: coelestia intuens per redemptionem animarum. Et tota candida et perlucida existit ut serenissima nubes est; quia ipsa in candore et puritate mentium justorum hominum habitat, qui omne studium suum ad hoc intendunt, ut justitiae Dei fidelissime subditi sint.

Pero en cuanto a que ves otra vez en el pavimento del mismo edificio otras tres imágenes: esto es que estas virtudes, pisando las cosas terrenas y siguiendo las celestiales en el trabajo divino, designan tres instrumentos por los cuales la Iglesia en sus hijos busca las cosas eternas, a saber, el nutrimento de los maestros y la lucha de los fieles contra el diablo, y el regreso de ellos del consenso de los vicios; una de las cuales está apoyada en las mencionadas columnas; porque los doctores eclesiásticos, imbuidos por el don del Espíritu Santo, toman descanso por la fortaleza de él; y las dos restantes están a los lados delante de ella, puesto que el amor a Dios y al prójimo se contiene por la exhortación de ella en la operación conjunta y sociable de aquellas. Por lo cual también todas se dirigen hacia la columna de la humanidad del Salvador y hacia la mencionada torre; porque con igual unanimidad muestran que el Hijo de Dios, Dios verdadero y hombre verdadero, debe ser devotísimamente cultivado y adorado en la Iglesia, elevando la justicia por la justicia, a saber, designando en los antiguos santos que el Dios altísimo en la encarnación de su Hijo obró la salvación de las almas.

Pero esta imagen que está apoyada en las mismas columnas prefigura la justicia de Dios; puesto que ella, después de la sabiduría, por el Espíritu Santo en los hombres con todas sus justicias trabaja, apareciendo de tanta latitud que puede nombrarse la latitud de cinco hombres que están a su lado; que es la expansión de los cinco sentidos de la capacidad humana, con los cuales ella conversa en la latitud de la ley de Dios, conteniendo y conservando los preceptos de vida instituidos por Dios para los que la aman. Ella es también de tanta proceridad, que no puedes discernir perfectamente su longitud, de modo que también por todo este edificio mira; porque ella en su latitud, excediendo el intelecto humano, tiende hacia arriba a las cosas celestiales; de modo que también en la encarnación del Salvador miró desde el cielo: cuando el mismo Salvador, a saber el Hijo de Dios, salió del Padre, el cual existe como verdadera justicia. Por lo cual también dirige su mirada a todos los instrumentos eclesiásticos; puesto que ellos por ella son fabricados y contenidos, como baluartes más altos que se unen a la torre fortísima por la cual puedan subsistir. Por lo cual también teniendo una gran cabeza y ojos claros, ve acutísimamente hacia el cielo; puesto que la máxima y suma bondad de la justicia declaró una lucidísima visión a los hombres por el Hijo de Dios encarnado, cuando él en cuerpo humano a los ojos terrenales y tenebrosos se manifestó: contemplando las cosas celestiales por la redención de las almas. Y toda ella existe blanca y traslúcida como es una nube serenísima; porque ella habita en la blancura y pureza de las mentes de los hombres justos, que pretenden todo su estudio a esto, a que sean fidelísimamente sujetos a la justicia de Dios.

Unde et ipsa nubibus se assimilat; quoniam in cordibus justorum gratam sibi habitationem parat. Sed quod aliam formam hominis in ea nullam conspicis: hoc est quod coelestis et non terrestris manet, secundum quod et tibi declaratum est, videlicet humanis operibus quibus gravantur homines illi non adhaerentibus, sed quae ipsos ad justificationem vitae perducunt; quoniam Deus justus est, ut et ipsa diabolo opposita in opere Dei caeteras virtutes exhortans superius fideliter demonstrat.

Imago autem prima illarum quae ante praedictam imaginem sibi collaterales stant; ostendit fortitudinem, quia post justitiam Dei surgit fortitudo quasi princeps in conspectu summi regis, recto et sancto opere repugnans in hominibus cunctis insidiis adversariorum; armata apparens, videlicet virtute omnipotentis Dei; quoniam ipsa fortis in fide fortiter resistit diabolicae subjectioni.

Quapropter et galea, id est superno vigore ad salutem credentium induitur, et lorica: quod est Christianorum lege, quae per justitiam quam continet in se nulla sagitta diabolicae artis aboletur; ac ocreis, scilicet rectis itineribus in doctrina principalium magistrorum frequentatis; atque ferreis chirothecis, quae sunt fortissima et acutissima opera quae fideles perficiunt in Christo. Tenet etiam evaginatum gladium dextra, id est in bono opere nudam et apertam in divina Scriptura Dei admonitionem, quam verus Dei Filius in mystica significatione denudavit, cum interiorem dulcedinem nuclei in detectione legis ostendit. Hastam autem habens sinistra, qua fiduciam aeternorum in hac etiam actione designat infidelibus hominibus se habere, ubi carnalibus concupiscentiis per voluptatem carnis impugnantur. Quod autem sub pedibus suis horribilem draconem conculcat: hoc est quod per viam rectitudinis antiquum et horridum serpentem potestati suae subigit; os etiam illius ferro haste transverberans ita ut ipse immundissimas spumas evomat; quoniam rictus sordidissimae et diabolicae libidinis, in acutissima audacia castitatis transfodiens conspumationem ardentis libidinis, qua ille homines polluit ab eo extorquet. Unde et gladium quem tenet quasi ad feriendum fortiter vibrat; quia Deus penetrabile verbum suum ad interficiendum omnem infidelitatem idolorum et aliorum schismatum quae incredulitatis sunt, in extensa fortitudine manifestavit, sicut et virtus haec in admonitione sua manifestat.

Por lo cual también ella se asimila a las nubes; puesto que en los corazones de los justos prepara para sí una grata habitación. Pero en cuanto a que no ves en ella ninguna otra forma de hombre: esto es que permanece celestial y no terrenal, según lo que también se te declaró, a saber, no adhiriéndose a aquellas obras humanas por las cuales los hombres son gravados, sino a las que los conducen a la justificación de la vida; puesto que Dios es justo, como ella misma, opuesta al diablo, exhortando a las demás virtudes en el trabajo de Dios, fielmente demuestra arriba.

La primera imagen de aquellas que están a los lados delante de la mencionada imagen muestra la Fortaleza (fortitudo); porque después de la justicia de Dios (justitiam Dei) surge la Fortaleza como un príncipe en la presencia del sumo Rey, rechazando en los hombres con una obra recta y santa todas las asechanzas de los adversarios (adversariorum); apareciendo armada, a saber, con la virtud del Dios omnipotente; puesto que ella, fuerte en la fe, resiste fuertemente a la sujeción diabólica.

Por lo cual se viste con un yelmo (galea), esto es, con el vigor supremo para la salvación de los creyentes, y con una coraza (lorica): que es la ley de los cristianos, la cual por la justicia que contiene en sí no es abolida por ninguna saeta del arte diabólico; y con grebas (ocreae), a saber, con los caminos rectos frecuentados en la doctrina de los maestros principales; y con guanteletes de hierro (ferreae chirothecae), que son las obras más fuertes y agudas que los fieles perfeccionan en Cristo. Tiene también una espada desenvainada en la mano derecha, esto es, la amonestación de Dios desnuda y abierta en la divina Escritura para la buena obra, la cual el verdadero Hijo de Dios desnudó en significación mística cuando mostró la dulzura interior del núcleo en el descubrimiento de la ley. Pero teniendo una lanza (hasta) en la mano izquierda, por la cual designa que tiene confianza en las cosas eternas aun en esta acción para los hombres infieles, allí donde son impugnados por las concupiscentias carnales por el deleite de la carne. En cuanto a que pisotea bajo sus pies a un horrible dragón: esto es que por el camino de la rectitud somete al antiguo y hórrido serpiente a su potestad; atravesando también su boca con el hierro de la lanza de modo que él mismo vomite espumas inmundísimas; puesto que, atravesando las fauces de la sordidísima y diabólica libido con la agudísima audacia de la castidad (castitatis), extorsiona de él la expectoración de la ardiente libido con la que él contamina a los hombres. Por lo cual también vibra la espada que sostiene como para herir fuertemente; porque Dios manifestó su palabra penetrante para matar toda la infidelidad de los ídolos y de otros cismas que son de la incredulidad, en una extensa fortaleza, tal como también esta virtud manifiesta en su amonestación.

Altera vero imago sanctitatem significat; quoniam cum per fortitudinem diabolo repugnatur, sanctitas in hominibus bonis ad ornatum coelestis militiae oritur. Quae triceps est; quoniam hac trina dignitate ad statum suum perducitur, ita ut in naturali loco capitis et in utroque humero suo caput appareat; quia justa et digna actione Deus caput totius verae exsultationis et in prosperis et in adversis ex quibus vel laetificari vel constristari potest homo, metuendus et venerandus est; medio tamen alia duo aliquantulum supereminente; quoniam ille qui judex bonorum et malorum existit, omnia supereminet sua aequitate.

Sed quod idem medium et quod a dextris ejus est tanto fulgore radiant, ut claritas ipsorum visum tuum reverberet, ita quod utrum virilem an muliebrem formam habeant perfecte considerare non valeas: hoc est, quod sanctitas in culmine honoris et in parte prosperitatis aeternae dulcedinis, tanto splendore divinae gratiae perfusa consistit, ut profunditas mysterii ejus ita intellectum hominum excedat, ut prae gravedine mortalitatis nec libertatem nec subjectionem ejus in Christo possit intueri, praeterquam quod viget in ipso. Illo autem capite quod a sinistris apparet aliquantulum obscuro et muliebri consuetudine candido velamine velato; quoniam perfectio haec quae se fortiter constringit ob amorem Dei, in adversitate illa qua ipsa diabolica infestatione et humano opere impugnatur, quasi anxietatem et sollicitudinem quomodo se divino auxilio defendat habet, humillima subjectione in albedine et pulchritudine Christiani certaminis se Redemptori summo gemitibus fidelium cordium commendans. Quod vero tunica ex albo serico eadem imago induta est, hoc est quod opere lucidissimi et suavissimi studii, in quo perfecta sanctitas Filium meum imitatur circumamicta apparet, candidissimis etiam calceamentis munita; quia per mortem Christi, in candore regenerationis spiritus et aquae refulget in mentibus hominum, ut et ipsi mortem ejus imitentur. Et in pectore suo signum crucis habet, circa quod etiam splendor magnus in eodem pectore velut aurora fulgens rutilat; quoniam in intentione mentium fidelium illam diligentissime complectentium recordationem passionis Christi Jesu ruminat.

Pero la otra imagen significa la Santidad (sanctitas); puesto que cuando se resiste al diablo por la fortaleza, la santidad surge en los hombres buenos para el ornato de la milicia celestial. Ella es tricéfala; puesto que por esta triple dignidad es conducida a su estado, de modo que en el lugar natural de la cabeza y en cada uno de sus hombros aparece una cabeza; porque por una acción justa y digna Dios debe ser temido y venerado como cabeza de toda verdadera exultación tanto en la prosperidad como en la adversidad de las cuales el hombre puede o bien alegrarse o bien entristecerse; con la cabeza media sin embargo sobrepasando un poco a las otras dos; puesto que aquel que existe como juez de los buenos y de los malos sobrepasa todas las cosas por su equidad.

Pero el hecho de que la misma cabeza media y la que está a su derecha irradien con tal fulgor que su claridad reverbere tu visión, de modo que no puedas considerar perfectamente si tienen forma varonil o femenina: esto es que la santidad consiste en la cumbre del honor y en la parte de la prosperidad de la dulzura eterna, infundida con tanto esplendor de la gracia de Dios (gratia Dei) que la profundidad de su misterio excede de tal modo el intelecto de los hombres que, por la pesadez de la mortalidad, no puede contemplar ni su libertad ni su sujeción en Cristo, excepto lo que florece en él mismo. Pero con aquella cabeza que aparece a la izquierda algo oscura y cubierta con un velo blanco según la costumbre de las mujeres; puesto que esta perfección que se constriñe fuertemente por el amor de Dios, en aquella adversidad en la que ella es impugnada por la infestación diabólica y por la obra humana, tiene como una ansiedad y solicitud de cómo defenderse por el auxilio divino, encomendándose al sumo Redentor en la blancura y hermosura del certamen cristiano con los gemidos de los corazones fieles. En cuanto a que la misma imagen está vestida con una túnica de seda blanca: esto es que aparece envuelta con la obra del lucidísimo y suavísimo estudio, en el cual la perfecta santidad imita a mi Hijo, protegida también por blanquísimos calzados; porque por la muerte de Cristo, en el candor de la regeneración del espíritu y del agua (regeneratione spiritus et aquae) resplandece en las mentes de los hombres, para que ellos también imiten su muerte. Y en su pecho tiene el signo de la cruz, alrededor del cual también un gran esplendor brilla en el mismo pecho como una aurora resplandeciente; puesto que en la intención de las mentes de los fieles que la abrazan diligentísimamente rumia el recuerdo de la pasión de Cristo Jesús.

Hac etiam ubique serenissima claritate fidei in eisdem mentibus designans; quod ille qui obediens Patri taliter in sancta humanitate sua passus est voluntate Patris, in pulcherrima aurora solis quae virgo Maria est sine macula peccati natus advenerat. Quod autem in dextra nudum gladium tenet, quem pectori suo et eidem cruci cum multa devotione apponit: hoc est quod bono et sancto opere ostendit, quomodo Scripturas per Spiritum sanctum denudatas in recordatione mentis electorum hominum (quia et ipsi passionis Redemptoris sui dulcissime recordantur) diligit.

Unde etiam vides in fronte medii capitis scriptum sanctitas, quia in interiori facie quae est animae absque ulla indignatione pudoris cum gaudio vitae sanctitas cognoscitur, et in fronte dextri, radix boni; quoniam ipsa palam initium et fundamentum in salvatione sanctitatis est, et in fronte sinistri non parcens sibi; quia sine corpore mollitiem et vanitatem carnalium voluptatum abjiciens, semper se in districtione constringit, ornamenta caeterarum virtutum sibi conjungens ut possit perfici et perdurare contendit. Sed et medium ad alia duo aspiciens et illa ad ipsum, utilitatem suam ad invicem conferunt; quoniam ipsa fortiter in unanimitate interioris visionis et dilectionis consistentia, ita ut nullum eorum sine adjutorio alterius durare valeat, verba et admonitiones suas ad profectum hominum dirigunt, ut dictum est. Qui autem acutas aures interioris intellectus habet; hic in ardente amore speculi mei ad verba haec anhelet, et ea in conscientia animi sui conscribat.

SUMMARIUM.---Verba Filii hominis. Quod homo habens scientiam boni et mali, inexcusabilis est. Admonitio ad conjugatos. Comparatio de agro. Quod homo non debet scrutari quod sibi sciendum non est, sicut in exemplis patet. Quod nullus repente viam sanctitatis arripiat ut in suppositis exemplis videtur. Admonitio ad virgines et continentes qualiter sanctitatem aggredi debeant. De interiori continentia mentis ut in subjectis exemplis manifestum est. Comparatio thesauri. Verba constantiae. Verba coelestis desiderii. Verba compunctionis cordis. Verba contemptus mundi. Verba concordiae.

Designando también en todas partes por esta serenísima claridad de la fe en las mismas mentes; que aquel que siendo obediente al Padre padeció talmente en su santa humanidad por la voluntad del Padre, había llegado nacido en la hermosísima aurora del sol que es la virgen María (virgo Maria) sin mancha de pecado. Pero en cuanto a que en la mano derecha sostiene una espada desnuda, que aplica a su pecho y a la misma cruz con mucha devoción: esto es que por la obra buena y santa muestra cómo ama las Escrituras desnudadas por el Espíritu Santo en el recuerdo de la mente de los hombres electos (porque también ellos dulcísimamente recuerdan la pasión de su Redentor).

Por lo cual también ves escrito en la frente de la cabeza media "Santidad", porque en la faz interior que es de la alma, sin ninguna indignación de pudor, con el gozo de la vida se conoce la santidad, y en la frente de la derecha, "Raíz del Bien"; puesto que ella misma es patentemente el inicio y fundamento en la salvación de la santidad, y en la frente de la izquierda "No perdonándose a sí misma"; porque rechazando sin el cuerpo la molicie y la vanidad de los placeres carnales, siempre se constriñe en la estrechez, uniéndose a sí misma los ornamentos de las demás virtudes para que pueda ser perfeccionada y contiende por perdurar. Pero tanto la media mirando a las otras dos como ellas a ella, confieren su utilidad mutuamente; puesto que ellas, consistiendo fuertemente en la unanimidad de la visión interior y del amor, de modo que ninguna de ellas pueda durar sin el auxilio de la otra, dirigen sus palabras y amonestaciones al provecho de los hombres, como se ha dicho. Quien sin embargo tiene los oídos agudos del intelecto interior; que anhele estas palabras en el ardiente amor de mi espejo (speculum), y las escriba en la conciencia de su alma.

SUMARIO.---Las palabras del Hijo del hombre. Que el hombre, teniendo el conocimiento del bien y del mal, es inexcusable. Amonestación a los casados. Comparación del campo. Que el hombre no debe escudriñar lo que no le es dado saber, como queda patente en los ejemplos. Que nadie arrebate de repente el camino de la santidad, como se ve en los ejemplos propuestos. Amonestación a las vírgenes y a los continentes sobre cómo deben abordar la santidad. Sobre la continencia interior de la mente, como es manifiesto en los ejemplos sujetos. Comparación del tesoro. Palabras de constancia. Palabras de deseo celestial. Palabras de compunción de corazón. Palabras de desprecio del mundo. Palabras de concordia.

Quod in altitudine justitiae et fortitudine donorum Spiritus sancti opera quae Deus in hominibus operatur solidantur. Quod omnis actio quae fide et opere in fidelibus perficitur timori Domini divina providentia coadunatur. Quod volentem perseverare in bono opere Filius Dei regit ne cadat in errorem qui humilitate sua destruxit mortem. Quod umbra legis in nativitate et passione Filii Dei finem accepit. Quae gessit Deus in Ecclesia ab hominibus videri et sciri possunt; futura autem non nisi fide vel revelatione divina. Quod Deus misericorditer hominem conspiciens admonet ut imitando sanctos coelestem patriam petat. De statu constantiae, coelestis desiderii, compunctionis cordis, contemptus concordiae. De habitu earum. De constantia. De coelesti desiderio. De compunctione cordis. De contemptu mundi. De concordia. Quod in vigilante fortitudine fidei opus bonum explanatur et in perfectione operis qua devotione quisque Deum colat ostenditur. Quod per fortitudinem fidei Deus antiquum serpentem in profundum aeternae confusionis dejecit. Pagani, Judaei, falsi Christiani veram fidem abnegantes, in potestate Dei sunt quamvis ab Ecclesia quae in alto posita est ejecti sunt. Verba Joannis ad eamdem rem. Quod Deus Ecclesiam ab omnibus partibus mundi collectam, secundum quae praedestinavit: ad effectum confuso diabolo perducit, quod est in novissimo die.

Et post haec in summitate orientalis anguli praemonstrati aedificii, ubi praedictae duae partes muri ipsia illa lucida et lapidea videlicet, conjunctae erant: vidi quasi septem gradus candidissimi marmoris, qui ad lapidem illum magnum super quem praefatus lucidus sedens in throno apparuit in modum testudinis advoluti videbantur. Et super illos gradus sedes posita erat: super quam juvenis quidam sedens virilem et nobilem vultum pallidi tamen coloris, et capillos subnigros usque ad scapulas ejus diffluentes habebat, purpurea tunica indutus. Qui a capite usque ad ombilicum ejus mihi apparuit; sed ab ombilico deorsum obumbratus mihi ad videndum fuerat.

Et ipse respiciens in mundum, maxima fortitudine vociferabat ad homines qui in eo erant, dicens: O stulti homines qui tepide et turpiter marcetis in vobis ipsis, nolentes vel oculum unum aperire ad videndum, quid in bonitate spiritus vestri sitis, sed semper ardetis operari malum quod habet concupiscentia carnis vestrae, recusantes esse in bona conscientia et in recta speculatione animi vestri, quasi intellectum boni et mali non habeatis, nec gloriam hanc ut malum sciatis devitare et bonum perficere:

Que en la altura de la justicia y en la fortaleza de los dones del Espíritu Santo (dona sancti Spiritus) se consolidan las obras que Dios obra en los hombres. Que toda acción que se perfecciona en los fieles por la fe y la obra se une al temor del Señor (timor Domini) por la divina providencia. Que el Hijo de Dios rige al que quiere perseverar en la buena obra para que no caiga en el error, Él que por su humildad destruyó la muerte. Que la sombra de la ley recibió su fin en el nacimiento y la pasión del Hijo de Dios. Las cosas que Dios ha hecho en la Iglesia pueden ser vistas y conocidas por los hombres; pero las futuras no sino por la fe o la revelación divina. Que Dios, mirando misericordiosamente al hombre, le amonesta a que imitando a los santos busque la patria celestial. Sobre el estado de la constancia, del deseo celestial, de la compunción de corazón, del desprecio, de la concordia. Sobre el hábito de ellas. Sobre la constancia. Sobre el deseo celestial. Sobre la compunción de corazón. Sobre el desprecio del mundo. Sobre la concordia. Que en la vigilante fortaleza de la fe se explica la obra buena y en la perfección de la obra se muestra con qué devoción cada uno cultiva a Dios. Que por la fortaleza de la fe Dios arrojó a la antigua serpiente al profundo de la confusión eterna. Los paganos, los judíos y los falsos cristianos que niegan la verdadera fe están bajo el poder de Dios, aunque han sido arrojados de la Iglesia que está puesta en lo alto. Las palabras de Juan sobre el mismo asunto. Que Dios conduce a efecto la Iglesia recogida de todas las partes del mundo, según lo que predestinó: confundido el diablo, lo cual es en el último día.

Y después de estas cosas, en la cumbre del ángulo oriental del edificio mostrado, donde las mencionadas dos partes del muro, a saber, aquella lúcida y la de piedra, estaban unidas: vi como siete gradas de mármol blanquísimo, que parecían estar enrolladas en forma de bóveda hacia aquella gran piedra sobre la cual apareció sentado en un trono el mencionado ser lúcido. Y sobre aquellas gradas estaba puesto un asiento: sobre el cual un joven sentado tenía un rostro viril y noble, aunque de color pálido, y cabellos negruzcos que fluían hasta sus hombros, vestido con una túnica púrpura. Él se me apareció desde la cabeza hasta su ombligo; pero desde el ombligo hacia abajo estaba ensombrecido para mi vista.

Y él mismo, mirando hacia el mundo, gritaba con la máxima fortaleza a los hombres que estaban en él, diciendo: ¡Oh hombres necios que tibia y torpemente os marchitáis en vosotros mismos, no queriendo ni siquiera abrir un ojo para ver qué sois en la bondad de vuestro espíritu, sino que siempre ardéis en obrar el mal que tiene la concupiscencia de vuestra carne, rehusando estar en una buena conciencia y en la recta especulación de vuestra mente, como si no tuvierais el intelecto del bien y del mal, ni esta gloria para que sepáis evitar el mal y perfeccionar el bien:

audite me Filium hominis dicentem ad vos: O homo, respice quid esses: dum coagulatio in ventre matris tuae fuisti? Etenim tunc inscius et impotens tui in vivificatione eras. Sed tunc datus est tibi spiritus et motio ac sensibilitas; ut vivens movearis et te movens, intelligas fructum utilitatis. Habens enim scientiam boni et mali atque efficaciam operandi unde excusare te non vales, quin omnia bona ex his habeas in te: ita ut summa inspiratione admonitus, Deum diligas in veritate et justitia, tibique resistas in concupiscentia et delectatione injustitiae, ita ut te in his crucies: et hoc modo martyrium meum colas, tibi ipsi in his ardoribus repugnans, crucem meam scilicet in tuo corpore bajulando, id est illicita desideria fugiendo, cum te delectat peccare. Et cur tibi est tanta potestas videlicet ut devites malum et facias bonum? De scientia enim boni et mali; qua intelligis quod homo es, mihi responsurus es. Sed bonum contemnis, et malum operaris ardens in carnalibus desideriis, quia bonum tibi quasi grave videtur: malum autem in te facile excitatur. Et cum hoc sit: non vis te constringere, sed libere peccare. Quid feci quando pro te in cruce passum sum in infirmitate carnis, cum contremui ac angustiatus sum ego Filius hominis? Ob hoc requiro a te adversum te martyrium quod pateris in voluptate carnis tuae, et in reliquis perturbationibus ac illicitis desideriis tuis quae sunt contra voluntatem meam, atque in aliis hujusmodi nequitiis quae haec subsequuntur in quibus te non potes excusare quin noveris quando bene et male operaris.

Sed non abjicio copulam castae legalis conjunctionis, quae per divinum consilium constituta est in multiplicationem procreationis filiorum Adae; ubi hoc in vero desiderio prolis et non in falsa voluptate carnis ab iis sit quibus illud sine injuria licitum est, secundum quod eis in lege divina praeceptum est, scilicet saeculo deditis et non spiritu segregatis. Bonum ergo quod habes a me, diligere debes adversum te. Coelestis es in spiritu, terrestris in carne. Unde quae coelestia sunt debes amare, et quae terrestria sunt conculcare. In opere autem coelestium demonstro tibi supernum praemium; in voluntate vero carnis tuae cum vis perficere quod injustum est, ibi ostendo tibi martyrium meum et poenas quas sustinui propter te, ita ut tu in contrariis desideriis tibi ipsi resistas propter amorem passionis meae. Plurimum intellectum habes in te, plurimus etiam sensus inde requiretur a te. Multum tibi datum est, multum etiam a te requirendum est. Sed in omnibus his caput et adjutorium tuum sum. Nam superno tactu tactus, si invocaveris me, responsum audies a me; si pulsaveris ad januam, tibi aperietur.

escuchadme a mí, el Hijo del hombre, diciéndoos: Oh hombre, mira qué eras cuando fuiste una coagulación en el vientre de tu madre. Pues entonces eras ignorante e impotente de ti mismo en la vivificación. Pero entonces te fue dado el espíritu y el movimiento y la sensibilidad; para que viviendo te muevas y, moviéndote a ti mismo, entiendas el fruto de la utilidad. Teniendo en efecto la ciencia del bien y del mal y la eficacia de obrar, por lo cual no puedes excusarte de tener todas las cosas buenas de estas en ti: de modo que, amonestado por la suma inspiración, ames a Dios en la verdad y la justicia, y te resistas a ti mismo en la concupiscencia y en el deleite de la injusticia, de modo que te crucifiques en estas: y de este modo cultives mi martirio, resistiéndote a ti mismo en estos ardores, a saber, llevando mi cruz en tu cuerpo, esto es, huyendo de los deseos ilícitos cuando te deleita pecar. ¿Y por qué tienes tal potestad, a saber, para que evites el mal y hagas el bien? Por la ciencia del bien y del mal, por la cual entiendes que eres hombre, me has de responder. Pero desprecias el bien y obras el mal ardiendo en deseos carnales, porque el bien te parece como algo pesado: pero el mal en ti fácilmente se excita. Y siendo esto así: no quieres constreñirte, sino pecar libremente. ¿Qué hice cuando por ti padecí en la cruz en la enfermedad de la carne, cuando yo, el Hijo del hombre, temblé y me angustié? Por esto requiero de ti un martirio contra ti mismo que padeces en la voluptuosidad de tu carne, y en tus demás perturbaciones y deseos ilícitos que son contra mi voluntad, y en otras necedades de esta clase que siguen a estas en las cuales no puedes excusarte de saber cuándo obras bien y mal.

Pero no rechazo la cópula de la casta unión legal, que fue establecida por consejo divino para la multiplicación de la procreación de los hijos de Adán; donde esto se haga en el verdadero deseo de prole y no en la falsa voluptuosidad de la carne por aquellos a quienes les es lícito sin injuria, según lo que les fue preceptuado en la ley divina, a saber, los dedicados al siglo y no los segregados en el espíritu. El bien, pues, que tienes de mí, debes amarlo contra ti mismo. Celestial eres en el espíritu, terrestre en la carne. De donde debes amar las cosas que son celestiales, y conculcar las que son terrestres. En la obra de las cosas celestiales te demuestro el premio supremo; pero en la voluntad de tu carne, cuando quieres perfeccionar lo que es injusto, ahí te muestro mi martirio y las penas que sostuve por ti, para que tú en los deseos contrarios te resistas a ti mismo por el amor de mi pasión. Muchísimo entendimiento tienes en ti, y muchísimo sentido será por lo tanto requerido de ti. Mucho se te ha dado, y mucho también se te ha de requerir. Pero en todas estas cosas soy tu cabeza y tu auxilio. Pues tocado con un toque superno, si me invocaras, oirás respuesta de mí; si llamaras a la puerta, se te abrirá.

In spiritu perspicacissimae scientiae quo donatus es, omne quod tibi utile est, habes in te. Et quoniam hoc est in te, idcirco et oculi mei acutissime perspicientes, considerabunt quid inveniant in te. Quapropter de conscientia tua requiro vulnera et dolorem cordis tui: in quibus te coerceas, cum senseris te voluntate tua trahi ad peccatum. Et cum ita in eo exarseris ut quod totus liquefactus vix suspirare valeas: ecce tunc inspicio te. Quid tunc facies? Si tunc in hoc labore, vulnerato corde et madentibus oculis, concussus timore judicii mei invocaveris me, et si tunc etiam in hoc clamore perseveraveris ut tibi succurram adversus nequitias carnis tuae et contra pugnas malignorum spirituum: faciam omne quod tibi fieri desideras, atque domum habitationis meae ponam in te.

Nunc ergo, fili mi, respice quanto labore et sudore in agro laboretur antequam semine seratur; sed postquam semine seminatus fuerit, dat fructum suum. Ergo attende et considera haec. Nonne recuso terrae id praestare, ut fructum gignat absque sudore laboris? Sed cum mihi placuerit ipsa fructibus superabundanter ita repletur, ut homines abundantissime sufficientiam habeant, aliquando etiam superabundent, et cum voluero ita eis attenuatur, ut homines aliquando prae nimia fame vix vivant, aliquando etiam multi in illis attenuati deficiant. Secundum modum hunc homines per me positi; scilicet homini illi qui bono corde semen verbi mei voluntarie suscipit, magna dona Spiritus sancti ut bono agro superabundanter tribuo. Ille autem qui aliquando verbum meum recipit, aliquando etiam recipere recusat, est quasi ager quod hoc tempore viret, hoc autem arescit. Hic homo tamen omnino non perit; quia quamvis famem in anima patiatur, aliquid tamen quamvis parum viriditatis habet; sed hic per omnia moritur, qui nulla intentione verba mea recipere exoptat, et qui nec admonitione Spiritus sancti, nec doctrina hominum, cor suum ullo modo excitare vult ad bonum. Haec miraris, o homo, et scire vis cur haec ita fiant

Sed ut nec divinitatem mortali obtutu vales aspicere; sic nec secreta ejus mortali sensu poteris capere, nisi quantum in permissione ipsius tibi possibile est. Tu autem vacillante animo tuo, huc et illuc versaris. Unde veluti aqua a calore ardentis camini absorbetur, sic spiritus tuus ab inquietudine stulti animi tui opprimitur. Quoniam haec scire cupis quae non sunt scienda carni humanae conceptae semine humano in peccatis.

En el espíritu de la perspicacísima ciencia con la que fuiste dotado, tienes en ti todo lo que te es útil. Y puesto que esto está en ti, por ello también mis ojos, mirando con agudísima perspicacia, considerarán qué encuentren en ti. Por lo cual de tu conciencia requiero heridas y dolor de tu corazón: en las cuales te coerces, cuando sientas que eres arrastrado al pecado por tu propia voluntad. Y cuando así te hayas encendido en ello de tal modo que, totalmente licuado, apenas puedas suspirar: he aquí que entonces te inspecciono. ¿Qué harás entonces? Si entonces en este trabajo, con el corazón herido y los ojos húmedos, sacudido por el temor de mi juicio me invocaras, y si entonces también en este clamor perseveraras para que te socorra contra las maldades de tu carne y contra las batallas de los espíritus malignos: haré todo lo que deseas que se haga por ti, y pondré la casa de mi habitación en ti.

Ahora pues, hijo mío, mira cuánto trabajo y sudor se emplea en el campo antes de que sea sembrado con semilla; pero después de que fue sembrado con semilla, da su fruto. Por tanto atiende y considera estas cosas. ¿Acaso no rehúso conceder a la tierra esto, que engendre fruto sin el sudor del trabajo? Pero cuando me place, se llena tan sobreabundantemente de frutos, que los hombres tienen abundantísima suficiencia, a veces incluso sobreabundan, y cuando quiero, se les atenúa de tal modo, que los hombres a veces apenas viven por la excesiva hambre, y a veces también muchos, atenuados en aquellas cosas, perecen. Según este modo los hombres son dispuestos por mí; a saber, a aquel hombre que con buen corazón recibe voluntariamente la semilla de mi palabra, le otorgo sobreabundantemente los grandes dones del Espíritu Santo como a un buen campo. Pero aquel que a veces recibe mi palabra y a veces también rehúsa recibirla, es como un campo que en un tiempo verdea y en otro se seca. Este hombre, sin embargo, no perece del todo; porque aunque padezca hambre en el alma, tiene sin embargo algo, aunque poco, de verdor; pero muere en todo aquel que con ninguna intención desea recibir mis palabras, y que ni por la amonestación del Espíritu Santo ni por la doctrina de los hombres quiere excitar de modo alguno su corazón hacia el bien. Te maravillas de estas cosas, oh hombre, y quieres saber por qué suceden así

Pero así como no puedes contemplar la divinidad con una mirada mortal; así tampoco podrás captar sus secretos con un sentido mortal, sino en cuanto te sea posible por su permiso. Tú, sin embargo, con tu ánimo vacilante, te vuelves de aquí para allá. Por lo cual, así como el agua es absorbida por el calor de un horno ardiente, así tu espíritu es oprimido por la inquietud de tu ánimo necio. Puesto que deseas saber estas cosas que no deben ser conocidas por la carne humana concebida de semilla humana en pecados.

Leva ergo digitum tuum, et tange nubes. Quid nunc? Sed hoc fieri non potest, sic nec illud dum hoc scrutaris quod tibi sciendum non est. Sed velut herbae agros suos comprehendere non valent quia sensu et intellectu carent, nescientes quid neque ipsi, neque quid ipse sint vel quid operentur fructu suo, quamvis impleant et circumdent agros utilitatis gratia et veluti culices aut formicae, aut caetera minora animalia non desiderant dominari super reliqua sibi similia, aut scire sive intelligere virtutem vel significationem leonis seu aliorum majorum animalium, sic nec tu cognoscere poteris quid in scientia Dei sit. Quid tu fecisti vel ubi fuisti, quando coelum et terra creata sunt? Qui haec creavit auxilio tuo tunc non indiguit, sic nec nunc. Utquid scrutaris judicium Dei, cum desuper imbre salutari tactus fueris? Ostende mihi quomodo in agro cordis tui labores, et quomodo eum colas. Quod si labor ille mihi placuerit, fructum optimum tibi do secundum laborem tuum, erit et fructus tuus cum mercede. Nunquid do fructum terrae sine labore? Sic etiam nec tibi facio, o homo, absque sudore, quem requiro a te. Habes enim per me illa in te, in quibus potes laborare. Ergo diligenter in labore te exerce, et fructum inde consequeris. Et cum fructum habueris, mercedem inde referes. Sed quid? nunc multi devoto et puro ac simplici corde quaerunt me, et invenientes retinent me.

Multi autem joculantes et ludentes volunt me adire sine labore animi et cogitationis suae, nolentes praemeditari quid facere debeant, me scilicet invocando, et sensum corporis sui considerando, volentes tantum me apprehendere, quasi de gravi somno evigilent repentino motu simulationis et deceptionis arripientes viam sanctitatis, ut in se ipsis excogitant; alii autem in abjectione saecularium negotiorum, alii in continentia carnalium, alii in virginitatis pudore super humeros suos assumentes jugum meum, existimantes sibi possibile esse omne quod voluerint, nolentes intueri qui sint aut quid perficere possint, nec volentes habere in scientia sua quis eos formaverit, aut quis eorum Deus sit, volentes eum tantum habere ut domesticum suum qui omnem voluntatem ipsorum perficiat. Sic nolo dare donum meum nec seminare vacuum agrum in homine illo, qui in hujusmodi vanitate se mihi in alienatione ignorantiae nesciat. Unde et pes ejus saepe in lapsum erit.

Cui et dico: O homo, quare non inspexisti agrum animi tui ut eradicares inutiles herbas et spinas ac tribulos, me scilicet invocando et te ipsum considerando, antequam velut ebrius et insanus ac te ipsum ignorans venires ad me, quoniam nullum lucidum opus, sine adjutorio meo perficere potes.

Levanta, pues, tu dedo y toca las nubes. ¿Y ahora qué? Pero esto no puede hacerse, así como tampoco aquello, mientras escudriñas esto que no te es dado saber. Sino que así como las hierbas no pueden comprender sus campos porque carecen de sentido e intelecto, no sabiendo qué son ellas mismas, ni qué son o qué obran con su fruto, aunque llenan y rodean los campos por causa de la utilidad; y así como los mosquitos o las hormigas, u otros animales menores no desean dominar sobre los demás semejantes a ellos, ni saber o entender la virtud o la significación del león o de otros animales mayores, así tampoco tú podrás conocer qué hay en la ciencia de Dios. ¿Qué hiciste tú o dónde estabas cuando el cielo y la tierra fueron creados? Quien creó estas cosas no necesitó entonces tu auxilio, así como tampoco ahora. ¿Para qué escudriñas el juicio de Dios, cuando has sido tocado desde lo alto por la lluvia saludable? Muéstrame cómo trabajas en el campo de tu corazón y cómo lo cultivas. Porque si ese trabajo me pluguiere, te daré el mejor fruto según tu trabajo, y será tu fruto con recompensa. ¿Acaso doy el fruto de la tierra sin trabajo? Así tampoco hago contigo, oh hombre, sin sudor, el cual requiero de ti. Pues tienes por mí aquellas cosas en ti, en las cuales puedes trabajar. Por tanto, ejercítate diligentemente en el trabajo, y de allí conseguirás fruto. Y cuando tengas fruto, de allí reportarás recompensa. ¿Pero qué? Ahora muchos me buscan con corazón devoto y puro y sencillo, y encontrándome me retienen.

Pero muchos, chanceando y jugando, quieren acercarse a mí sin el trabajo de su mente y de su pensamiento, no queriendo premeditar qué deben hacer, a saber, invocándome y considerando el sentido de su cuerpo, queriendo solamente aprehenderme, como si despertaran de un sueño pesado, arrebatando por un movimiento repentino de simulación y de engaño el camino de la santidad, según se imaginan en sí mismos; algunos ciertamente en el rechazo de los negocios seculares, otros en la continencia de las cosas carnales, otros en el pudor de la virginidad asumiendo sobre sus hombros mi yugo, estimando que les es posible todo lo que quisieran, no queriendo mirar quiénes son o qué pueden perfeccionar, ni queriendo tener en su conocimiento quién los formó, o quién es su Dios, queriendo tenerlo a él solo como su doméstico que perfeccione toda la voluntad de ellos. Así no quiero dar mi don ni sembrar un campo vacío en aquel hombre que, en una vanidad de esta clase, no se conozca ante mí en la alienación de la ignorancia. Por lo cual también su pie estará a menudo en caída.

A quien también digo: Oh hombre, ¿por qué no inspeccionaste el campo de tu ánimo para erradicar las hierbas inútiles y las espinas y los abrojos, a saber, invocándome y considerándote a ti mismo, antes de que vinieras a mí como ebrio e insano e ignorante de ti mismo, puesto que ninguna obra lúcida puedes perfeccionar sin mi auxilio?

Nam post hanc praecipitationem qua me velut in somno quaesisti; cum in servitio meo taedio affectus recordatus fueris somni illius, in quo prius in consuetudinalibus peccatis tuis dormivisti, ad eadem priora scelera insanus et inscius boni, adjutorio et consolatione spiritus Paracleti destitutus reverteris. Tu autem quae quaesisti ductorem et adjutorem ad haec? fallacem certe et deceptibilem animum tuum, qui te stulle in ariditatem ducebat, sine viriditate et recordatione intellectus tui, oblitum quod nihil boni sine me facere posses. Et quid tunc habes? Certe tunc miser et vacuus cades coram me et coram populo, atque ut inutilis pulvis conculcaberis. Nam quid est tibi possibile contra me? Nihil. Et quid potes meo auxilio? Lucidissima potes opera quae sunt splendidiora solis splendore, et dulciora in interiore gustu super mel et lac, cum desideranti populo manifestantur. Nam cum requiris me intimo intellectu animae tuae, ut in baptismo per fidem doctus es, nonne do totum quod desideras? Sed post casum suum, multi gemendo et dolendo requirunt me; qui priusquam caderent me quaesisse debuerant. Quibus manum meam porrigo, dicens: Quare non quaesisti me ante casum? Ubi eram? Et ubi requisisti me? Numquid cum quaereretis me, abjeci vos? Et dico: O homo, si secus pontem profundissimae aquae stares, et propter inanem jactantiam et tui cordis oblivionem (qua me in omnibus despexisti, cum possibile tibi putabas esse omne quod voluisti, quasi non indigeres adjutorio meo) temerarie in te ipso diceres pontem hunc volo devitare et per aquam ambulare, nonne prudenter faceres? Quod si praesumptuose et insipienter faceres; nonne in eadem creatura quam tibi subjecta ad utilitatem tuam creata est, spiritum tuum exhalares? Sed ne hoc tibi contingat: praecaves propter praesentem et visibilem timorem aquae, te absorpturae in mortem. Aut si maximam arborem abscisam ruere videres, nonne fugeres ne ab ea comprimereris? Vel si leones aut ursos tibi occursuros aspiceres, nonne si posses prae timore quem conciperes te in terra absconderes? Et cum corporis laesionem ita fugis; quare non devitas terribilissimam mortem animae, timens creatorem tuum? Nonne vidisti aut audisti ullum mihi unquam resistere? Nam qui non est mecum, dissipabitur; et super quem cecidero, confringetur. Quid fuisti quando coelum et terra creata sunt, quae ita vires suas peragunt ut eis constitutum est? Tu vero consilio Dei formatus, et ipsius illuminatione tactus, praecepta ejus transgrederis. O magna amentia! Per creaturam quae tibi subjecta famulatur, Deum tuum contemnis, tu terram calcas ac coelum suspicis quae Creatorem suum timentes ei obediunt et jussionem ipsius adimplent:

Pues después de esta precipitación con la que me buscaste como en sueños; cuando en mi servicio, afectado por el tedio, te acordares de aquel sueño en el que antes dormías en tus pecados habituales, volverás a los mismos crímenes anteriores, insano e ignorante del bien, destituido del auxilio y de la consolación del Espíritu Paráclito. Pero, ¿qué buscaste como guía y auxilio para estas cosas? Ciertamente a tu ánimo falaz y engañoso, que te llevaba neciamente a la aridez, sin verdor y sin el recuerdo de tu intelecto, olvidado de que nada bueno podías hacer sin mí. ¿Y qué tienes entonces? Ciertamente entonces, mísero y vacío, caerás ante mí y ante el pueblo, y como polvo inútil serás pisoteado. Pues, ¿qué te es posible contra mí? Nada. ¿Y qué puedes con mi auxilio? Puedes hacer obras lucidísimas que son más espléndidas que el esplendor del sol, y más dulces en el gusto interior que la miel y la leche, cuando se manifiestan al pueblo que las desea. Pues cuando me buscas con el íntimo intelecto de tu alma, como fuiste enseñado en el bautismo por la fe, ¿acaso no te doy todo lo que deseas? Pero después de su caída, muchos me buscan gimiendo y doliéndose; los cuales antes de caer debieron haberme buscado. A quienes extiendo mi mano, diciendo: ¿Por qué no me buscaste antes de la caída? ¿Dónde estaba yo? ¿Y dónde me buscaste? ¿Acaso cuando me buscabais, os deseché? Y digo: Oh hombre, si estuvieras junto al puente de una agua profundísima, y por una vana jactancia y por el olvido de tu corazón (por el cual me despreciaste en todas las cosas, cuando pensabas que te era posible todo lo que quisiste, como si no necesitaras mi auxilio) dijeras temerariamente en ti mismo: quiero evitar este puente y caminar por el agua, ¿acaso no actuarías prudentemente? Pero si lo hicieras presuntuosa e insensatamente; ¿acaso no exhalarías tu espíritu en la misma criatura que te fue creada sujeta para tu utilidad? Pero para que esto no te suceda: te precaves por el temor presente y visible del agua, que te absorbería hacia la muerte. O si vieras caer un árbol grandísimo cortado, ¿acaso no huirías para no ser comprimido por él? O si vieras que te saldrían al paso leones u osos, ¿acaso no te esconderías en la tierra si pudieras por el temor que concebirías? Y cuando huyes así de la lesión del cuerpo; ¿por qué no evitas la terribilísima muerte del alma, temiendo a tu Creador? ¿Acaso no viste u oíste que alguno me resistiera jamás? Porque el que no está conmigo, será dispersado; y sobre quien yo cayere, será quebrantado. ¿Qué fuiste cuando el cielo y la tierra fueron creados, que de tal modo ejecutan sus fuerzas como les fue establecido? Tú, en cambio, formado por el consejo de Dios y tocado por su iluminación, trasgredes sus preceptos. ¡Oh gran demencia! Por la criatura que te sirve como sujeta, desprecias a tu Dios; tú pisas la tierra y miras al cielo, los cuales, temiendo a su Creador, le obedecen y cumplen su mandato:

quid tu insipientissime minime facis cum eum in cogitatione aut in opere tuo neque vis scire neque ad eum respicere, ita ut velis ipsum ut decet agnoscere. Quapropter si non poenitueris, infernus justo judicio te deglutiet, sicut et illum qui obduratus de coelo projectus est, quem tu imitatus es. Attamen cum lapsus fueris, clamans fideliter quaere me, et sublevatum suscipiam te. Tu autem, o homo, tam frequenter vis summa tangere, qui nec infima vales comprehendere.

Unde audi me tibi dicentem: Si per me admonitus in abjectione saecularium negotiorum, aut in continentia carnalium jugum meum ferre desideras, antequam hoc aggrediaris primum clama, et in hoc persevera quaerens me, et ego adjuvabo te.

Quod si etiam admonitione mea tactus, me vis imitari ad me respiciens, in virginitatis pudore quia ut flos de inarato agro nascitur, sic et ego sine virili semine de virgine Filius Dei natus sum: ostende mihi agrum animi tui in multa humilitate, et alloquere me in largitate interiorum lacrymarum tuarum, et dic: O Deus meus: ego indignus homo non habeo a meipso hanc possibilitatem perficere ut virginitatem meam possim conservare, nisi tu, Domine, adjuves me, quia totus culpabilis sum in ortu ardentis succi de quo pullulo in multis miseriis, frequenter repetens originem fragilitatis meae. Unde etiam non possum mea virtute me ipsum superare in gustu dulcedinis carnis meae, dum sum arbor concepta et nata in peccatis. Ob hoc tu, Domine, da mihi in virtute tua igneum donum, quod in me exstinguat hunc fomitem et hunc ardorem perversitatis, ita ut cum rectis suspiriis bibam de aqua fontis vivi qui me faciat gaudere in vita, qui sum cinis et pulvis plus aspiciens in opera tenebrarum quam in opera lucis.

Et si tu tunc hac supplicatione studiosus et constans fueris, agrum illum paro mihi in te, quem Isaac filio suo proposuit cum dicebat: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus (Gen. XXVII); eumdemque agrum meum in corde tuo benedicam et ut etiam persecutus aiebat: Esto dominus fratrum tuorum, et incurventur ante te filii matris tuae (ibid.). Atque eodem modo et tu ante communem populum sublimata generatio eris. Ego autem rosas et lilia, ac alia optima virtutum pigmenta in agrum illum seminabo, et cum inspiratione Spiritus sancti assiduo imbre rigabo, atque in eradicatione inferacitatis abscindam ab illo malum, ita ut oculos meos circumferens, eos in viriditate et in floriditate hujus incorrupti agri pascam.

¿qué haces tú, insensatísimo, tan poco cuando ni quieres conocerlo en tu pensamiento ni en tu obra, ni mirar hacia él, de modo que quieras reconocerlo como es debido? Por lo cual, si no te arrepintieres, el infierno por un justo juicio te engullirá, tal como también hizo con aquel que, endurecido, fue arrojado del cielo, a quien tú has imitado. No obstante, cuando hayas caído, clamando fielmente búscame, y te recibiré levantado. Tú, en cambio, oh hombre, con tanta frecuencia quieres tocar las cosas sumas, tú que ni las ínfimas puedes comprender.

Por lo cual óyeme diciéndote: Si, amonestado por mí en el rechazo de los negocios seculares, o en la continencia de las cosas carnales, deseas llevar mi yugo, antes de que acometas esto, clama primero, y persevera en esto buscándome, y yo te ayudaré.

Pero si también, tocado por mi amonestación, quieres imitarme mirando hacia mí, en el pudor de la virginidad —porque así como una flor nace de un campo no arado, así también yo, sin semilla viril, nací de una virgen como Hijo de Dios— muéstrame el campo de tu ánimo con mucha humildad, y háblame en la largueza de tus lágrimas interiores, y di: Oh Dios mío: yo, hombre indigno, no tengo por mí mismo esta posibilidad de perfeccionar para que pueda conservar mi virginidad, a menos que Tú, Señor, me ayudes, porque soy totalmente culpable en el surgimiento del jugo ardiente del cual broto en muchas miserias, repitiendo frecuentemente el origen de mi fragilidad. Por lo cual tampoco puedo por mi virtud superarme a mí mismo en el gusto de la dulzura de mi carne, mientras soy un árbol concebido y nacido en pecados. Por esto Tú, Señor, dame en tu virtud el don ígneo, que extinga en mí este fomento y este ardor de perversidad, de modo que con rectos suspiros beba del agua de la fuente viva que me haga gozar en la vida, yo que soy ceniza y polvo, mirando más a las obras de las tinieblas que a las obras de la luz.

Y si tú entonces fueras estudioso y constante en esta súplica, preparo para mí en ti aquel campo que Isaac propuso a su hijo cuando decía: "He aquí el olor de mi hijo como el olor de un campo lleno, al cual bendijo el Señor" (Gén. 27); y bendeciré ese mismo campo mío en tu corazón, y como él también prosiguió diciendo: "Sé señor de tus hermanos, e incúrvatense ante ti los hijos de tu madre" (ibid.). Y de la misma manera también tú serás una generación sublimada ante el pueblo común. Pero yo sembraré rosas y lirios, y otros óptimos pigmentos de virtudes en aquel campo, y con la inspiración del Espíritu Santo lo regaré con lluvia asidua, y en la erradicación de la infecundidad cercenaré de él el mal, de modo que, volviendo mis ojos, los apaciente en el verdor y en la floridez de este campo incorrupto.

Istud est meum et per me, et non tuum, o homo, nec per te. Nam ego sum flos campi (Can. II): quoniam ut sine aratro campus gignit florem, sic ego Filius hominis sine virili conjunctione genitus sum ex virgine. Ideoque hoc donum est meum et non tuum, quia tu in peccatis conceptus, in peccatis natus es ex corruptione. Sed si id donum a me fideliter petieris, illud a me fiducialiter impetrabis, tibique dabo ut coram patre meo consortium meum habeas in virginitate.

Hoc autem prae fragilitate corporis tui non poteris habere sine labore caloris qui in te est, quia humana natura fragilitatis tuae saepe se prodit in te, quam devitare non vales, quia caro de carne es. Sed in hoc ferre debes crucem meam et imitari martyrium meum: te videlicet constringendo, ita ut per me devincas te, quod mihi semper amabile est, quia te fragile vasculum scio, tunc autem volo tibi communicare ac compati doloribus tuis. Quod si etiam in his aliquando cecideris, surgens citius poenitentiam ex corde age et suscipiens salvabo te.

Quidam autem decepti a diabolo, et perdurantes in malo, putant se sanctificatos esse, cum exteriorem hominem in se continent a conjugio, abjicientes circumcisionem mentis ubi superflui sunt in immundis cogitationibus et etiam abnegantes circumcisionem spiritus ubi proferunt malum in locutionibus et operibus suis, nolentes scire quoniam hoc flagitiosum sit, sed tantum tepide observantes ut caro eorum integra sit a commistione, renuentes omnino integritatem spiritus sui.

Unde indigni coram me, sunt projecti extra legem tam carnalem quam spiritualem; quia nec in carne nec in spiritu secundum justitiam Dei vixerunt. Nam nec constitutam sibi legem conjugii tenuerunt, nec quod plus est, quam quod in lege praeceptum est, in virginitatis amore servaverunt. Quapropter indigni oculis meis sunt, quoniam nescio qui sint. Non enim vidi eos in praecepto legis ambulare, nec quod in illa re plus faverent quam quod eis praeceptum est. Unde et repulsi a visione mea sunt.

Ego comparo eos infertili terrae gignenti spinas et tribulos ac infelices herbas, ad nullos usus hominum valentes quae in altitudine et colore suo se assimilant rosis et liliis ac aliis utilibus floribus et herbis utilem succum et dulcem fructum atque bonum odorem usibus medicinae in se habentibus et iterum comparo eos cupro: quod se extrinsecus assimilat auro, intus autem deceptionem et hypocrisim auri retinens, quoniam secundum hunc modum hi homines foris ostendunt se habere similitudinem prudentium virginum, interius autem fallacia et indignatione pleni sunt.

Esto es mío y por mí, y no tuyo, oh hombre, ni por ti. Pues yo soy la flor del campo (Cant. 2): puesto que así como el campo sin arado engendra la flor, así yo, el Hijo del hombre, fui engendrado de la virgen sin conjunción viril. Y por eso este don es mío y no tuyo, porque tú, concebido en pecados, naciste de la corrupción en pecados. Pero si pidieras fielmente ese don de mí, lo impetrarás de mí con confianza, y te daré que ante mi Padre tengas mi consorcio en la virginidad.

Pero esto, por la fragilidad de tu cuerpo, no podrás tenerlo sin el trabajo del calor que está en ti, porque la naturaleza humana de tu fragilidad a menudo se traiciona en ti, lo cual no puedes evitar, porque eres carne de la carne. Pero en esto debes llevar mi cruz e imitar mi martirio: a saber, constriñéndote, de modo que por mí te venzas a ti mismo, lo cual siempre me es amable, porque sé que eres un vasito frágil, y entonces quiero comunicarte y compadecer tus dolores. Pero si también en estas cosas alguna vez cayeras, levantándote más pronto haz penitencia de corazón y, recibiéndote, te salvaré.

Pero algunos, engañados por el diablo y persistiendo en el mal, piensan que están santificados cuando contienen en sí al hombre exterior del matrimonio, desechando la circuncisión de la mente donde son superfluos en pensamientos inmundos, e incluso negando la circuncisión del espíritu donde profieren el mal en sus locuciones y obras. No quieren saber que esto es flagitioso, sino que observan solo tibiamente que su carne esté íntegra de la conmixtión, renunciando del todo a la integridad de su espíritu.

Por lo cual, indignos ante mí, son arrojados fuera de la ley tanto carnal como espiritual; porque ni en la carne ni en el espíritu vivieron según la justicia de Dios. Pues ni mantuvieron la ley del matrimonio que les fue constituida, ni —lo que es más — conservaron lo que en la ley está mandado en el amor de la virginidad. Por lo cual son indignos a mis ojos, puesto que no sé quiénes son. Pues no los vi caminar en el precepto de la ley, ni que en aquella cosa favorecerían más de lo que les fue mandado. Por lo cual también son repelidos de mi visión.

Yo los comparo a la tierra infértil que engendra espinas y abrojos e hierbas infelices, que no valen para ningún uso de los hombres, las cuales en su altura y color se asimilan a las rosas y a los lirios y a otras flores e hierbas útiles que tienen en sí jugo útil y fruto dulce y buen olor para los usos de la medicina. Y de nuevo los comparo al cobre: que exteriormente se asimila al oro, reteniendo dentro la decepción y la hipocresía del oro, puesto que según este modo estos hombres muestran por fuera tener la semejanza de las vírgenes prudentes, pero interiormente están llenos de falacia y de indignación.

Unde et coram me sunt ut tepidus ventus, cujus nec calor nec frigus ullum vigorem habet; quia nec utiles sunt in calore animi sui ut perseverent in virginitatis continentia ut coeperunt, nec valent in frigore mundanae vitae ut degant in saecularibus rebus ut sibi proponunt. Nam nec extra legem peccant ut publicani, nec intra legem ut injusti; sed in semetipsis tepentes nec perfecte justi, nec injusti sunt.

Sed ut catulus immundorum animalium abjicitur antequam se sentiat vivere, vel antequam confortetur in fortitudine aetatis suae, sic iste populus projicitur in mortem, quoniam nec se scit vivere ad vitam, nec in se inteiligit fortitudinem virtutum quae sunt in domo sapientiae. Unde et ab ore meo exsufflo eos; quia indigni sunt aspectu meo, si sic impoenitentes perseveraverint. Nunc autem, o homo, respice in te.

Si enim quispiam hominum tibi thesaurum daret, quoniam te plurimum diligeret, tibique diceret, lucrare in hoc et esto dives, ut et hoc pacto sciatur quis ille scit qui tibi thesaurum hunc dedit: tunc te oporteret acutissime cogitare quomodo illum utiliter lucrifaceres, dicens in te: Thesaurus Domini mei in optimo lucro apparere debet in me, ita ut et ipse laudetur in illo. Et cum illum utiliter hoc modo augmentatum multiplicares, bonus rumor inde ad aures illius qui tibi thesaurum dederat perveniret. Unde et ipse propter hoc recordatus tui magis te diligeret, ac majora dona tibi conferret.

Sic et Creator tuus facit. Ipse dedit tibi thesaurum optimum viventem, scilicet intellectum, valde diligens te, quoniam creatura ipsius es, praecepitque tibi per verba ab eo constitutae legis, ut intellectu tuo lucrum facias bonis operibus, divesque evadas in virtutibus: ita ut ipse bonus dator, per hoc diligentius cognoscatur et laudetur. Quapropter omni hora te oportet meditari, quomodo hoc tam grande donum quod percepisti utile tam caeteris quam tibi ipsi factus in operibus justitiae, splendorem sanctitatis reddat ex te, quatenus homines bono exemplo tuo provocati, Deo honorem laudis inde exhibeant. Quod cum humiliter in omni justitia multiplicaveris: laus et gratiarum actio ad cognitionem Dei, qui in Spiritu sancto tibi virtutes has inspiravit, accrescit, unde et ipse misericordiam gratiae suae ad te convertens, per dulcedinem dilectionis suae superabundanter magis te faciet ardere in amore ipsius; ita ut consolatione Spiritus sancti repletus, sapienter omne quod bonum est discernas, et majora opera bona facias, ardentissimo amore glorificans Patrem tuum, qui tibi benigne dedit haec.

Por lo cual también ante mí son como un viento tibio, cuyo calor ni frío tiene vigor alguno; porque ni son útiles en el calor de su ánimo para que perseveren en la continencia de la virginidad como empezaron, ni valen en el frío de la vida mundana para que pasen el tiempo en las cosas seculares como se proponen a sí mismos. Pues ni pecan fuera de la ley como los publicanos, ni dentro de la ley como los injustos; sino que, tibios en sí mismos, ni son perfectamente justos ni injustos.

Pero así como el cachorro de los animales inmundos es desechado antes de que se sienta vivir, o antes de que se fortalezca en la fortaleza de su edad, así este pueblo es arrojado a la muerte, puesto que ni se sabe vivir para la vida, ni en sí entiende la fortaleza de las virtudes que están en la casa de la sabiduría. Por lo cual también los soplo fuera de mi boca; porque son indignos de mi aspecto, si así perseveraren impenitentes. Ahora, en cambio, oh hombre, mira en ti mismo.

Pues si alguno de los hombres te diera un tesoro, porque te amara muchísimo, y te dijera: "Saca provecho de esto y sé rico, para que también por este pacto se sepa quién es aquel que te dio este tesoro": entonces te convendría pensar muy agudamente cómo sacar provecho de él útilmente, diciendo en ti: "El tesoro de mi Señor debe aparecer en mí con el mejor provecho, de modo que él mismo también sea alabado en él". Y cuando tú lo multiplicaras útilmente aumentado de este modo, llegaría un buen rumor de allí a los oídos de aquel que te había dado el tesoro. Por lo cual él mismo, por esto acordándose de ti, te amaría más y te conferiría mayores dones.

Así también hace tu Creador. Él te dio un tesoro óptimo viviente, a saber, el intelecto, amándote mucho, puesto que eres su criatura, y te mandó por las palabras de la ley por él constituida que saques provecho con tu intelecto mediante buenas obras, y salgas rico en virtudes: de modo que el mismo buen dador sea por esto más diligentemente conocido y alabado. Por lo cual a cada hora te conviene meditar cómo este don tan grande que percibiste, hecho útil tanto para los demás como para ti mismo en las obras de justicia, devuelva de ti el esplendor de la santidad, a fin de que los hombres, provocados por tu buen ejemplo, exhiban de allí a Dios el honor de la alabanza. Lo cual, cuando lo hubieras multiplicado humildemente en toda justicia: la alabanza y la acción de gracias crece hacia el conocimiento de Dios, quien en el Espíritu Santo te inspiró estas virtudes, por lo cual él mismo, volviendo hacia ti la misericordia de su gracia, por la dulzura de su dilección te hará arder sobreabundantemente más en el amor de él; de modo que, lleno de la consolación del Espíritu Santo, disciernas sabiamente todo lo que es bueno y hagas mayores obras buenas, glorificando con amor ardentísimo a tu Padre, que benignamente te dio estas cosas.

Verba autem ista oves meae audiant, et quicunque aures interioris spiritus habent ea concipiant; quia mihi placent ut sic operentur homines qui me cognoscunt et diligunt, ut et ipsi in se ipsis intelligant quid eis in donis Spiritus sancti faciendum sit.

Sed in eadem orientali plaga vidi super pavimentum praefati aedificii coram eodem juvene tres imagines juxta se stantes, et illum devotissime inspicientes, contra aquilonem autem inter circulum illum magnum qui de praedicto lucido sedente in throno protendebatur, et inter idem aedificium conspexi quasi rotam in aere pendentem, et in ea imaginem hominis usque ad pectus apparentem, et in mundum acutissime prospicientem. Ante angulum vero ejusdem aedificii ad austrum vergentem, imago alia intra ipsum aedificium super pavimentum apparebat; quae se ad praedictum juvenem cum magna hilaritate convertebat.

Et his imaginibus talis erat similitudo, ut, caeterae virtutes quas prius videram, sericinis omnes vestiebantur indumentis. Omnes quoque albis velaminibus capita sua obtectae erant: excepta illa quae a dextris media praedictarum trium stans, nudo capite candidos capillos habere videbatur. Nulla autem earum pallio circumamicta fuerat; praeter eamdem mediam ipsarum trium quae albo pallio induebatur. Sed tunicis albis omnes vestiebantur: excepta illa quae in rota apparens tunicam subnigram habebat. Et praeter hanc quae sinistris media earumdem trium existens tunica pallidi coloris utebatur. Omnes etiam calceamentis albis indutae fuerant: excepta media ipsarum trium cujus indumenta pedum nigra videbantur, et diverso colore depicta.

Sed haec dissimilitudo fuit in eis. In pectore imaginis quae media fuit trium praedictarum sibi astantium, duae fenestellae apparuerunt, et supra ipsas, cervus ad dextram ejusdem imaginis versus: ita ut anteriores pedes suos super fenestram dextram et posteriores super sinistram posuisset, quasi se ad currendum coaptasset.

Et eadem imago dicebat: Ego sum fortissima, columna et non mobilis levitate instabilitatis, ita ut a flabro venti possim commoveri ut folium arboris quod ab eo movetur, et hac et illac propellitur; sed perdurare debeo in vero lapide qui est verus Filius Dei. Et quis potest me commovere? Quis potest me laedere? Hoc non poterit fortis aut debilis princeps aut ignobilis, dives aut pauper, quin perseverem in vero Deo qui non commovebitur in aeternum. Nec ego movebor; quia supra fortissimum fundamentum fundata sum.

Pero oigan mis ovejas estas palabras, y quienesquiera que tengan oídos del espíritu interior, concíbanlas; porque me place que así obren los hombres que me conocen y aman, para que también ellos mismos entiendan en sí mismos qué deben hacer con los dones del Espíritu Santo.

Pero en la misma región oriental vi sobre el pavimento del prefado edificio, ante el mismo joven, tres imágenes que estaban de pie una junto a la otra, y que lo miraban devotísimamente; pero hacia el aquilón, entre aquel círculo grande que se extendía desde el predicho lúcido que se sentaba en el trono, y entre el mismo edificio, distinguí como una rueda que colgaba en el aire, y en ella la imagen de un hombre que aparecía hasta el pecho, y que miraba muy agudamente al mundo. Ante el ángulo, en verdad, del mismo edificio que se inclinaba hacia el austro, otra imagen aparecía dentro del mismo edificio sobre el pavimento; la cual se volvía al predicho joven con gran hilaridad.

Y en estas imágenes había tal semejanza que, como las demás virtudes que antes había visto, todas estaban vestidas con vestiduras de seda. Todas también estaban cubiertas en sus cabezas con velos blancos: excepto aquella que, estando en medio de las predichas tres a la derecha, parecía tener cabellos blancos con la cabeza desnuda. Ninguna de ellas, sin embargo, había sido envuelta con un palio; excepto la misma media de las tres, que se vestía con un palio blanco. Pero todas se vestían con túnicas blancas: excepto aquella que, apareciendo en la rueda, tenía una túnica tirando a negra. Y excepto esta que, siendo la media de las mismas tres a la izquierda, usaba una túnica de color pálido. Todas también habían sido calzadas con calzado blanco: excepto la media de aquellas tres cuyos indumentos de los pies parecían negros, y pintados con diverso color.

Pero esta fue la disimilitud en ellas. En el pecho de la imagen que fue la media de las predichas tres que le asistían, aparecieron dos ventanitas, y sobre ellas, un ciervo vuelto hacia la derecha de la misma imagen: de modo que había puesto sus pies anteriores sobre la ventana derecha y los posteriores sobre la izquierda, como si se hubiera dispuesto para correr.

Y la misma imagen decía: Yo soy fortísima, columna y no móvil por la ligereza de la inestabilidad, de modo que pueda ser conmovida por un soplo de viento como una hoja de árbol que es movida por él, y es propulsada aquí y allá; sino que debo perseverar en la verdadera piedra que es el verdadero Hijo de Dios. ¿Y quién puede conmoverme? ¿Quién puede dañarme? No podrá esto un príncipe fuerte o débil o un innoble, un rico o un pobre, para que no persevere en el verdadero Dios que no será conmovido eternamente. Ni yo seré movida; porque estoy fundada sobre un fundamento fortísimo.

Nolo enim esse cum adulantibus qui a vento tentationis in omnes vias sparguntur, nunquam in requie stabilitatis persistentes, sed semper ad inferiora et deteriora cadentes. Sic autem non ego: quoniam supra firmam petram posita sum.

Sed imago quae ad dextris ejus erat, praedictum cervum aspiciens dicebat: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te, Deus (Psal. XLXI). Unde volo transilire montes et colles, ac imbecillitatem dulcedinis transitoriae vitae, respiciens tantum simplici corde ad fontem aquae vivae; quia ipse innumerabili gloria plenus est cujus suavitate satiari nemo potest, taedio saturitatis ejus.

Imago autem quae a sinistris ejus stabat, ad praefatas fenestellas videns aiebat: Semper aspicio, semper teneo lumen verum et aeternum: nec cogitando aut suspiciendo ac intuendo satiari potero perpetua dulcedine quae est in superno Deo.

Sed imago quae contra aquilonem in rota apparuit, in dextra manu virentem ramusculum habuit; ipsa vero rota assidue circumvolvebatur eadem imagine in ea immobili permanente. In circuitu autem ejusdem rotae scriptum erat: Si quis mihi ministrat me sequatur; et ubi sum ego, illic et minister meus erit (Joan. XII). Et in pectore ipsius imaginis sculptum: Ego sum hostia laudis in provinciis. Et ipsa imago dicebat: Vincenti dabo edere de ligno vitae quod est in paradiso Dei mei, quia fons salutis mortem submergens rivulos suos in me transfudit et me virentem in redemptione fecit.

Imago vero quae ante angulum ad austrum respicientem apparebat, tanti splendoris in facie erat ut eam perfecte intueri non possem. Sed ab utroque latere suo alam albi coloris habebat, quarum latitudo longitudinem cujusdam imaginis superabat, et ait: Quis tantae fortitudinis est, ut tentet Deo repugnare? Et quis hujus audaciae est qui audeat me denudare et corrumpere in turpitudine odii et invidiae? Deus justus est et unus in sincera potestate et gloria. Eum semper amplecti volo puro corde et laeta facie, semperque gaudere in omnibus justitiis ejus. Nolo autem esse mutabilis, sed semper in uno animo durare et assidue Deum laudare. Unde nec diabolus nec malevolus homo me poterunt emollire, aut ad hanc rabiem dolositatis dejicere; quin semper imitatrix pacis in recta unanimitate perseverem. Transacto autem mundo, clarius in coelesti visione apparebo.

Pues no quiero estar con los aduladores que por el viento de la tentación son esparcidos por todos los caminos, no persistiendo nunca en el reposo de la estabilidad, sino cayendo siempre a cosas inferiores y peores. Pero yo no soy así: puesto que estoy puesta sobre una roca firme.

Pero la imagen que estaba a su derecha, mirando al predicho ciervo, decía: "Como el ciervo desea las fuentes de las aguas, así desea mi alma hacia ti, Dios" (Sal. 41). Por lo cual quiero saltar montes y collados, y la imbecilidad de la dulzura transitoria de la vida, mirando solo con corazón sencillo hacia la fuente del agua viva; porque él mismo está lleno de gloria innumerable de cuya suavidad nadie puede saciarse, con un tedio de su saciedad.

Pero la imagen que estaba a su izquierda, viendo a través de las predichas ventanitas, decía: Siempre miro, siempre tengo la luz verdadera y eterna: ni pensando ni mirando hacia arriba ni contemplando podré saciarme con la perpetua dulzura que está en el Dios superno.

Pero la imagen que apareció en la rueda contra el aquilón tenía en su mano derecha un ramito verde; y la misma rueda se revolvía asiduamente permaneciendo la misma imagen inmóvil en ella. Y en el circuito de la misma rueda estaba escrito: "Si alguno me sirve, sígame; y donde estoy yo, allí también estará mi servidor" (Jn. 12). En el pecho de la misma imagen estaba esculpido: Yo soy hostia de alabanza en las provincias. Y la misma imagen decía: Al que venciere le daré a comer del árbol de la vida que está en el paraíso de mi Dios, porque la fuente de la salvación sumergiendo la muerte ha transfundido sus arroyos en mí y me ha hecho reverdecer en la redención.

Pero la imagen que aparecía ante el ángulo que miraba hacia el austro era de tal esplendor en su rostro que no podía contemplarla perfectamente. Pero de cada uno de sus lados tenía un ala de color blanco, cuya latitud superaba la longitud de cierta imagen, y dijo: ¿Quién es de tanta fortaleza que intente repugnar a Dios? ¿Y quién es de esta audacia que se atreva a desnudarme y corromperme en la torpeza del odio y de la envidia? Dios es justo y uno en sincera potestad y gloria. A él siempre quiero abrazarlo con puro corazón y alegre rostro, y siempre gozar en todas sus justicias. No quiero, sin embargo, ser mudable, sino siempre durar en un mismo ánimo y alabar a Dios asiduamente. Por lo cual ni el diablo ni el hombre malévolo podrán ablandarme, ni derribarme a esta rabia de la dolosidad; sino que siempre perseveraré como imitadora de la paz en recta unanimidad. Pasado, en cambio, el mundo, apareceré más claramente en la visión celestial.

Post haec vidi et ecce omne pavimentum praedicti aedificii totum ut album vitrum apparuit, a se reddens splendorem serenissimum. Sed et splendor lucidi illius sedentis in throno, qui omnia haec mihi demonstrabat per ipsum pavimentum usque in abyssum resplenduit. Inter circulum autem illum de sedente in throno protensum, et inter hoc aedificium terra tunc apparuit, et quasi aliquantulum deorsum vergens ita ut ipsum aedificium inde velut super montem positum videretur.

Et lucidus qui sedebat in throno iterum mihi dicebat: Filius Dei viventis natus ex Virgine, ipse lapis angularis existens, quem ii reprobaverunt qui in lege Dei ob salutem suam aedificare debuerunt, quod tamen facere recusaverunt magis diligentes tenebras quam lucem et mortem quam vitam: potenter in his regnat, qui tactu Spiritus sancti ardentes, salubriter se ipsos exterius conculcant, ad interiora spiritus toto adnisu in plenitudine virtutum et bonorum operum se rapientes.

Idcirco etiam in summitate orientalis anguli praemonstrati aedificii, ubi praedictae duae partes muri ipsius, illa lucida et lapidea videlicet conjunctae sunt, quasi septem gradus candidissimi lapidis vides, quoniam in altitudine justitiae a vero oriente qui lapis angularis in divino opere est emanante ubi duae conjunctiones necessariae munitionis, scilicet speculativa scientia et humanum opus in unanimitate quietis sibi cohaerent: adest septenarius ascensus candidissimae fortitudinis, plenus rectissima actione existens, quam Deus operatur et perficit in homine, ut in sex diebus operatus in septimo requievit.

Qui ad lapidem illum magnum super quem praefatus lucidus sedens in throno apparet, in modum testudinis decenter advoluti videntur; quia omnis actio quae fide et opere in fidelibus hominibus perficitur, timori Domini cui ipse fortissima omnipotentia praesidet qui cuncta regit, auctoritate providentiae ejus dignissimo compositionis effectu coadunatur. Unde et super illos gradus sedes posita est, id est super opera quae Deus operatur in hominibus firmissimum protectionis firmamentum regentis et adjuvantis eos; quia quicunque vult cum eo perseverare, non decidet in errore; quoniam ipse fortissimum sustentaculum existit, super quod omnis justitia constituta est.

Después de estas cosas vi y he aquí que todo el pavimento del predicho edificio apareció todo como vidrio blanco, devolviendo de sí un esplendor serenísimo. Pero también el esplendor de aquel lúcido que se sentaba en el trono, que me demostaba todas estas cosas, resplandeció por el mismo pavimento hasta el abismo. Pero entre aquel círculo extendido desde el que se sentaba en el trono, y entre este edificio, apareció entonces la tierra, e inclinándose como un poco hacia abajo de modo que el mismo edificio parecía de allí como puesto sobre un monte.

Y el lúcido que se sentaba en el trono me decía de nuevo: El Hijo del Dios vivo nacido de la Virgen, siendo él mismo la piedra angular, a quien reprobaron aquellos que en la ley de Dios debieron edificar por su salud —lo cual sin embargo rehusaron hacer, amando más las tinieblas que la luz y la muerte que la vida— reina poderosamente en estos, que, ardiendo por el contacto del Espíritu Santo, se pisotean saludablemente a sí mismos exteriormente, arrebatándose con todo esfuerzo hacia lo interior del espíritu en la plenitud de las virtudes y de las buenas obras.

Por lo cual también en la cima del ángulo oriental del edificio pre-demostrado, donde las predichas dos partes del muro mismo —a saber, la lúcida y la lapídea— están conjuntas, ves como siete gradas de blanquísima piedra, puesto que en la altura de la justicia que emana del verdadero Oriente, el cual es la piedra angular en la obra divina, donde las dos conjunciones de la necesaria munición —a saber, la ciencia especulativa y la obra humana— se adhieren entre sí en la unanimidad del reposo: allí está el ascenso septenario de blanquísima fortaleza, lleno de rectísima acción, la cual Dios obra y perfecciona en el hombre, como habiendo trabajado en seis días descansó en el séptimo.

Las cuales gradas se ven decentemente envueltas a modo de bóveda hacia aquella piedra grande sobre la cual aparece el predicho lúcido que se sienta en el trono; porque toda acción que se perfecciona por la fe y la obra en los hombres fieles se une por la autoridad de su providencia, con un dignísimo efecto de composición, al Temor del Señor, al cual preside él mismo con fortísima omnipotencia, él que rige todas las cosas. Por lo cual también sobre aquellas gradas está puesto un asiento, esto es, sobre las obras que Dios obra en los hombres, un firmísimo firmamento de protección de quien los rige y ayuda; porque quienquiera que quiera perseverar con él no caerá en el error; puesto que él mismo existe como el más fuerte sostén, sobre el cual toda la justicia está constituida.

Et super sedem juvenis quidam sedens est constantissimo regimine Filius hominis Filius Dei in omni justitia cum Patre et Spiritu sancto regnans Deus unus; virilem et nobilem vultum habens, quia ipse fortissimus leo destruxit mortem nobili facie, sine peccato scilicet visibilis veniens, natus ex virgine; pallidi tamen coloris existens, quoniam cum terrenis terrenum honorem non quaesivit, sed humillimus, modicus et pauper in sancta humilitate apparuit.

Unde etiam capillos subnigros usque scapulas suas descendentes habet, quia Judaicus populus claritatem fidei quae in incarnatione ejusdem Filii Dei demonstrata est non quaerens, obumbratus in umbra exterioris intellectus legis pertinaciter et infideliter tabuit; ortus tamen in capite justitiae et usque ad humerum fortitudinis ubi perfectum opus in humanitate Filii Dei floruit perveniens, ibi in incredulitate sua finem accepit. Et purpurea tunica indutus est; quoniam in charitate sanguinem suum fundens, hominem qui perierat redemit.

Quod autem a capite usque ad umbilicum tibi apparet: hoc est quod ab incarnatione ejus usque ad praesens tempus opera quae gessit in Ecclesia fidelibus manifesta sunt, sed ab umbilico deorsum obumbratus tibi ad videndum est; quia illa quae a tempore hoc usque ad completionem saeculi hujus, in eadem Ecclesia futura sunt, nec videri nec sciri poterunt nisi quantum revelatione divina et fide catholica percipiuntur, quoniam maximae coruscationes virtutum quae ante novissimum diem in hominibus manifestandae sunt, adhuc hominibus incognitae latent. Et ipse respiciens in mundum, quia idem Filius Dei aspectu misericordiae suae dirigens ad homines, propter praeteritas et futures causas dicit fidelissima verba suae admonitionis ad eos, ut ipsi in sanctis ejus coelestem militiam imitentur effugientes pericula peccatorum, et ut fortissime praeliando supernam felicitatem adipiscantur in factis suis contradicentes poenis impiorum.

Sed quod in eadem orientali plaga vides super pavimentum praefati aedificii coram eodem juvene tres imagines juxta se stantes, et illum devotissime inspicientes: hoc est quod in ortu justitiae, carnalia desideria deprimentis, in dispositione omnipotentis Patris apparente Filio Dei in carne, hae tres virtutes in devotione unanimes per virtutem trinitatis constantissimae manifestatae sunt ad ipsum dirigentes aspectum suum; quia illum in fidelibus hominibus desiderant et quaerunt.

Y sobre el asiento está sentado un cierto joven con el más constante régimen, el Hijo del hombre, el Hijo de Dios reinando en toda justicia con el Padre y el Espíritu Santo, un solo Dios; teniendo un rostro varonil y noble, porque el mismo león fortísimo destruyó la muerte con noble rostro, viniendo visible a saber sin pecado, nacido de la virgen; existiendo sin embargo de color pálido, puesto que con las cosas terrenas no buscó el honor terreno, sino que humildísimo, módico y pobre, apareció en santa humildad.

Por lo cual también tiene cabellos tirando a negros que descienden hasta sus espaldas, porque el pueblo judaico, no buscando la claridad de la fe que fue demostrada en la encarnación del mismo Hijo de Dios, pertinaz e infielmente se consumió, ensombrecido en la sombra del intelecto exterior de la ley; nacido sin embargo en la cabeza de la justicia y llegando hasta el hombro de la fortaleza donde la obra perfecta floreció en la humanidad del Hijo de Dios, allí recibió su fin en su incredulidad. Y está vestido con túnica púrpura; puesto que en la caridad derramando su sangre, redimió al hombre que había perecido.

Pero lo que se te aparece desde la cabeza hasta el ombligo: esto es que desde su encarnación hasta el tiempo presente las obras que realizó en la Iglesia son manifiestas a los fieles, pero del ombligo hacia abajo está ensombrecido para tu visión; porque aquellas cosas que han de ser en la misma Iglesia desde este tiempo hasta la consumación de este siglo, no podrán ser ni vistas ni sabidas sino en cuanto se perciben por la revelación divina y la fe católica, puesto que las máximas coruscaciones de las virtudes que han de manifestarse en los hombres antes del novísimo día, todavía yacen ocultas e incógnitas a los hombres. Y él mismo mirando al mundo, porque el mismo Hijo de Dios dirigiendo el aspecto de su misericordia a los hombres, dice por causas pasadas y futuras las fidelísimas palabras de su amonestación a ellos, para que ellos mismos imiten en sus santos la milicia celestial huyendo de los peligros de los pecados, y para que luchando fortísimamente alcancen la felicidad superna en sus hechos contradiciendo las penas de los impíos.

Pero eso que ves en la misma región oriental sobre el pavimento del prefado edificio ante el mismo joven, tres imágenes que están de pie una junto a la otra y que lo miran devotísimamente: esto es que en el surgimiento de la justicia, que deprime los deseos carnales, en la disposición del Padre omnipotente al aparecer el Hijo de Dios en la carne, estas tres virtudes, unánimes en la devoción por la virtud de la trinidad más constante, se han manifestado dirigiendo su aspecto hacia él; porque lo desean y lo buscan en los hombres fieles.

Unde etiam contra aquilonem inter circulum illum magnum qui de praedicto lucido sedente in throno protenditur, et inter ipsum aedificium conspicis quasi rotam in aere pendentem, et in ea imaginem hominis usque ad pectus apparentem, et in mundum acutissime prospicientem; quia adversus diabolicas artes inter secretam potestatem Dei et spiritualem aedificationem ipsius circuitio misericordiae ejus in mentibus hominum quasi in aere pendens, et nunc potentiam justitiae Dei tangens, nunc opus ipsius in eis fortiter confirmans volvitur, in qua perfectio Christiana in contemptu mundi usque ad pectus fortitudinis suae apparet; quia virtus haec in robore fortissimi certaminis confidens in Deum, homines in mundo saeculariter conversantes acutissimo intuitu admonitionis suae commonet, ut in abjectione terrenorum imitentur praecedentis Filii Dei exemplum, constantissima intentione fortiter aspirantes ad ipsum.

Idcirco etiam ante angulum ejusdem aedificii ad austrum vergentem, imago alia intra ipsum aedificium super pavimentum apparens, se ad praedictum juvenem cum magna hilaritate convertit; quoniam ut casus hominis per bonitatem superni patris in ardore fructuositatis restauraretur ad vitam, haec virtus in plenitudine divini operis saecularia conculeans, et in dulcedine sui affectus se aperte manifestans, ad Filium Dei in consortio angelici ordinis cum gaudio fidelium hominum intendit, quia in incarnatione ejusdem Salvatoris per supernam virtutem floruit.

Sed his imaginibus una similitudo est, quia pari devotione Deum manifestant in hominibus, qui ipsum in operibus suis concorditer magnificant.

Unde etiam ut caeterae virtutes quas prius vidisti sericinis omnes vestiuntur indumentis; quoniam in viribus suis reliquis virtutibus quae tibi superius veracissimae demonstratae sunt, dissimiles non existunt, sed in leni negotio suavissimi operis fidelium hominum, semper ad Deum pariter sursum tendentes sunt.

Quod autem omnes albis velaminibus in capitibus suis obtectae sunt, hoc est quod simul in candido proposito legalis institutionis cum magna colligatione ante Deum caput omnium occupatae sunt, ut mulier ante virum suum velari solet, excepta illa quae a dextris mediae praedictarum trium stans nudo capite candidos capillos habere videtur; quia eadem prosperitate roboris per supernam trinitatem apparentis, nulla sollicitudine hujus saeculi gravata, in candore tantum coelestis desiderii quaerit dissolvi et esse cum Christo, propter quod etiam nulla earum pallio circumamicta est;

Por lo cual también hacia el aquilón, entre aquel círculo grande que se extiende desde el predicho lúcido que se sienta en el trono, y entre el mismo edificio, distingues como una rueda que cuelga en el aire, y en ella la imagen de un hombre que aparece hasta el pecho, y que mira muy agudamente al mundo. Esto es porque contra las artes diabólicas, entre la secreta potestad de Dios y la edificación espiritual de él, la circuición de su misericordia en las mentes de los hombres se revuelve colgando como en el aire, y ahora tocando la potencia de la justicia de Dios, ahora confirmando fuertemente su obra en ellos. En la cual la perfección cristiana en el desprecio del mundo aparece hasta el pecho de su fortaleza; porque esta virtud, confiando en Dios en el vigor del certamen más fuerte, amonesta con el agudísimo instinto de su amonestación a los hombres que conversan secularmente en el mundo, para que en el rechazo de las cosas terrenas imiten el ejemplo del precedente Hijo de Dios, aspirando fuertemente hacia él con intención constantísima.

Por esto también ante el ángulo del mismo edificio que se inclina hacia el austro, otra imagen que aparece dentro del mismo edificio sobre el pavimento se vuelve al predicho joven con gran hilaridad. Esto es porque para que la caída del hombre fuera restaurada a la vida por la bondad del padre superno en el ardor de la fructuosidad, esta virtud, pisoteando las cosas seculares en la plenitud de la obra divina, y manifestándose abiertamente en la dulzura de su afecto, se dirige al Hijo de Dios en el consorcio del orden angélico con el gozo de los hombres fieles, porque en la encarnación del mismo Salvador floreció por la virtud superna.

Pero en estas imágenes hay una sola semejanza, porque con igual devoción manifiestan a Dios en los hombres, quienes lo magnifican concordemente en sus obras.

Por lo cual también, como las demás virtudes que antes viste, todas se visten con vestiduras de seda; puesto que en sus fuerzas no existen disímiles a las restantes virtudes que arriba se te demostraron como veracísimas, sino que en el suave negocio de la dulcísima obra de los hombres fieles, están siempre tendiendo juntas hacia arriba, hacia Dios.

Pero el hecho de que todas estén cubiertas con velos blancos en sus cabezas, esto es que juntas están ocupadas en el blanco propósito de la institución legal con una gran ligazón ante Dios, cabeza de todas las cosas, como la mujer suele velarse ante su marido, excepto aquella que, estando a la derecha de la media de las predichas tres, parece tener cabellos blancos con la cabeza desnuda. Esto es porque en la misma prosperidad de vigor que aparece por la trinidad superna, gravada por ninguna solicitud de este siglo, en la blancura solo del deseo celestial busca ser disuelta y estar con Cristo, por lo cual también ninguna de ellas está envuelta con un palio.

quoniam ab omni officio servitutis denudatae sunt, per quod ab officio libertatis suae semper videlicet in coelum aspicere, et ad Deum anhelare possint impediri, nihil aliud desiderantes nisi quod a terrenis rebus separatum est, praeter mediam ipsarum trium quae albo pallio induitur; per quod in sustentatione divina pulchritudo discreti operis beatae legis insinuatur, cum quo eadem virtus ita circumamicta obtegitur ut homo pallio suo circumdatur.

Sed quod tunicis albis omnes vestiuntur: hoc est quod in candore bonorum operum absque nigredine pravorum morum conversantur qui in nequitiis et vitiis obcaecatae infidelitatis obtenebrantur: excepta illa quae in rota apparens, tunicam subnigram habet; quia haec in volubilitate divinae clementiae his actibus circumdata est, quae in districtione sua carni difficiles sunt, et praeter hanc quae a sinistris mediae earumdem trium assistens tunica pallidi coloris utitur; ipsa in adversitate per munimentum summae majestatis ad defensionem sui circumdata et vallata, lacrymabili moerore gementis operis, in quae flens et ejulans ad Deum semper suspirat.

Unde etiam omnes calceamentis albis indultae sunt; quoniam in morte Filii mei lucentes viam pacis in mentibus hominum parant, quatenus coelestia desiderent, excepta media ipsarum trium cujus indumenta pedum nigra videntur et diverso colore depicta; quoniam haec sub protectione Dei manens, sed magna schismata infidelium in irrisione nigredinis a via veritatis deviantium sustinens, recto tamen itinere fidei decorata in mortificatione Filii mei non dissidens per multas infestationes diabolicarum artium et per diverse tribulationes morum hominum, in sua fortitudine et pulchritudine perseverans tendit ad superna.

Sed tamen dissimilitudo est in eis; quia quamvis unanimes et sibi invicem in operatione sunt adhaerentes, tamen suas vires unaquaeque in subjectis sibi hominibus singulariter in fervore supernae claritatis demonstrat.

Unde imago quae media est trium praedictarum sibi astantium, declarat constantiam; quae columna et munimen est earum quae sibi adhaerent virtutum in medio hujus numeri Trinitatem sanctam significantes, se manifestans et hominibus ut in bonis operibus constantes sint ostendens, quia etiam Christus Deus et homo opera sua quae in mundo operatus est, bono fine consummavit, sicut et virtus haec firmamentum interiorum virtutum in hominibus existens, cum magna disciplina homines ad Deum perducit.

Pues han sido desnudadas de todo oficio de servidumbre, por el cual pudieran ser impedidas del oficio de su libertad —a saber, mirar siempre al cielo y anhelar a Dios—, no deseando ninguna otra cosa sino lo que está separado de las cosas terrenas, excepto la media de aquellas tres que se viste con un palio blanco. Por el cual en el sostén divino se insinúa la hermosura de la discreta obra de la bendita ley, con el cual la misma virtud está de tal modo envuelta y cubierta como el hombre es rodeado por su palio.

Pero el que todas se vistan con túnicas blancas: esto es que en la blancura de las buenas obras conversan sin la negrura de las malas costumbres quienes están oscurecidos en las nequicias y vicios de la infidelidad cegada: excepto aquella que, apareciendo en la rueda, tiene una túnica tirando a negra. Porque esta, en la volubilidad de la divina clemencia, está rodeada por estos actos que en su rigor son difíciles para la carne, y excepto esta que, asistiendo a la izquierda de la media de las mismas tres, usa una túnica de color pálido. Ella misma en la adversidad está rodeada y amurallada por la munición de la suma majestad para su defensa, en el lacrimable pesar de la obra que gime, en la cual llorando y ululando suspira siempre a Dios.

Por lo cual también todas han sido calzadas con calzado blanco; puesto que, luciendo en la muerte de mi Hijo, preparan el camino de la paz en las mentes de los hombres, a fin de que deseen las cosas celestiales, excepto la media de aquellas tres cuyos indumentos de los pies parecen negros y pintados con diverso color. Puesto que esta, permaneciendo bajo la protección de Dios pero sosteniendo grandes cismas de los infieles en la irrisión de la negrura que se desvía del camino de la verdad, decorada sin embargo por el recto camino de la fe, no disintiendo en la mortificación de mi Hijo por muchas infestaciones de las artes diabólicas y por diversas tribulationes de las costumbres de los hombres, perseverando en su fortaleza y hermosura tiende a lo superno.

Pero sin embargo hay una disimilitud en ellas; porque aunque son unánimes y se adhieren mutuamente en la operación, sin embargo cada una demuestra sus fuerzas en los hombres a ella sujetos, singularmente en el fervor de la claridad superna.

Por lo cual la imagen que es la media de las predichas tres que le asisten, declara la Constancia; la cual es columna y munición de aquellas virtudes que se le adhieren, significando en medio de este número la santísima Trinidad, manifestándose y mostrando a los hombres que sean constantes en las buenas obras, porque también Cristo, Dios y hombre, consumó con buen fin sus obras que realizó en el mundo, tal como también esta virtud, existiendo como firmamento de las virtudes interiores en los hombres, con gran disciplina conduce a los hombres a Dios.

Ergo et in pectore ejus duae fenestellae apparent: quod est in cordibus hominum manifestatio coelestium in duobus speculis fidei demonstrata, quoniam divinitas et humanitas in Filio Dei credenda est; per quem virtus illa in hominibus perfecta a fortitudine rectitudinis suae non movebitur.

Sed super ipsas fenestras cervus ad dextram ejusdem imaginis versus apparet, quia super fidem hanc quod Filius Dei Deus et homo creditur ipse per credulitatem fidelis populi firmissime ponitur, cum per cursum velocitatis suae coeleste desiderium designans, ad dextram constantiae vertitur; quoniam vita aeterna in perseverantia boni operis reperitur, ita ut anteriores pedes suos super fenestram dextram, et posteriores super sinistram ponat; quia quod ipse verus Deus sit, nec in tranquillitate fidei contemnendum, aut quod verus homo sit nec in ejusdem fidei impugnatione ab ullo Deum veraciter diligente diffidendum est. Unde et se quasi ad currendum coaptat, quoniam salvatio animarum in cursu ejus reperta est; cum ipse in magnis doloribus properans ad passionem crucis, vitam in veritate perseverantibus contulit, ut et virtus haec in verbis suae confessionis supra designat.

Sed secunda imago quae a dextris ejus est, coeleste desiderium praefigurat, in coelum semper aspiciens et ad salvationem tendens, per quod constantia prosperitatem caducorum non appetens, magis felicitatem aeternorum desiderat. Quapropter et praedictum cervum inspicit; quia Filium Dei in lucidissimo opere suo assidue attendens, in dulcissimis amplexibus illius saturari non poterit, quemadmodum et superius in locutione desiderii sui affirmat.

Tertia autem imago a sinistris ejus stans, ostendit compunctionem cordis atque recordationem mentis assidua contritione exsilium suum gementem et plorantem, cujus beata effusione constantia contrarietatem sinistrae partis quae perditio animae est declinans, ad vitam de morte festinat. Unde etiam ad praefatas fenestellas aspicit; quoniam in cordibus fidelium omnem intentionem suam ad Filium Dei, tam in humanitate quam in divinitate regnantem intendens, ejus dulcedine continua visione perfrui delectatur, sicut etiam in verbis suis aperta manifestatione demonstrat.

Sed imago quae contra aquilonem in rota apparet, perfectionem Christi et contemptum mundi praetendit, quia plenitudo virtutum in abjectione saecularium per Filium Dei apertissime declarata est; qui inter homines conversatus terrenis non inhians, imitatores suos fortiter ad coelestia toto ardore commonuit anhelare.

Por tanto también en su pecho aparecen dos ventanitas: lo cual es en los corazones de los hombres la manifestación de las cosas celestiales demostrada en los dos espejos de la fe, puesto que se ha de creer la divinidad y la humanidad en el Hijo de Dios; por quien aquella virtud perfeccionada en los hombres no será movida de la fortaleza de su rectitud.

Pero sobre las mismas ventanas aparece un ciervo vuelto hacia la derecha de la misma imagen, porque sobre esta fe de que el Hijo de Dios es creído Dios y hombre, él mismo es puesto firmísimamente por la credulidad del pueblo fiel, cuando por el curso de su velocidad designando el deseo celestial, se vuelve a la derecha de la Constancia; Puesto que la vida eterna se encuentra en la perseverancia de la buena obra, de modo que pone sus pies anteriores sobre la ventana derecha, y los posteriores sobre la izquierda; Porque el que él mismo sea verdadero Dios, no debe ser despreciado en la tranquilidad de la fe, o el que sea verdadero hombre, no debe ser dudado en la impugnación de la misma fe por nadie que ame a Dios verdaderamente. Por lo cual también se dispone como para correr, puesto que la salvación de las almas fue hallada en su curso; cuando él mismo en grandes dolores apresurándose a la pasión de la cruz, confirió la vida a los que perseveran en la verdad, como también esta virtud designa arriba en las palabras de su confesión.

Pero la segunda imagen que está a su derecha prefigura el Deseo Celestial, mirando siempre al cielo y tendiendo a la salvación, por lo cual la Constancia, no apeteciendo la prosperidad de las cosas caducas, desea más la felicidad de las eternas. Por lo cual también mira al predicho ciervo; porque atendiendo asiduamente al Hijo de Dios en su obra lucidísima, no podrá saciarse en los dulcísimos abrazos de aquel, tal como también afirma arriba en la locución de su deseo.

Pero la tercera imagen que está de pie a su izquierda muestra la Compunción de Corazón y el recuerdo de la mente que gime y llora su exilio con asidua contrición, por cuya bendita efusión la Constancia, declinando la contrariedad de la parte siniestra que es la perdición del alma, se apresura de la muerte a la vida. Por lo cual también mira hacia las predichas ventanitas; puesto que en los corazones de los fieles, dirigiendo toda su intención al Hijo de Dios que reina tanto en la humanidad como en la divinidad, se deleita en disfrutar de su suavidad con continua visión, como también demuestra con abierta manifestation en sus palabras.

Pero la imagen que aparece en la rueda contra el aquilón, prefigura la perfección de Cristo y el desprecio del mundo, porque la plenitud de las virtudes en el rechazo de las cosas seculares fue declarada muy abiertamente por el Hijo de Dios; quien, habiendo conversado entre los hombres no ansiando las cosas terrenas, amonesto fuertemente a sus imitadores a anhelar las cosas celestiales con todo ardor.

Quae in dextra manu virentem ramusculum habet, quoniam in felicitate salvationis animae opus viridissimi et pulcherrimi germinis beatarum virtutum quod inspiratione Spiritus sancti perfusum est, continet. Quapropter et ipsa rota assidue circumvolvitur eadem imagine in ea immobili permanente, quia misericordia Dei pia compassione se ad homines flectens, et miseriis eorum compatiens, se quaerentibus semper flexibilis est, perfectione Christi in contemptu mundi nullam mobilitatem instabilitatis habente, sed semper ad ea tendente quae sunt sine ulla mutabilitatis offensione.

Quod autem in circuitu ejusdem rotae scriptum est: Si quis mihi ministrat me sequatur. Et ubi sum ego illic et minister meus erit (Joan. XII): hoc est quod ubique flexibilis misericordia Dei, hoc continet in se, quod quicunque Filio Dei obsequium exhibuerit exemplum ejus imitando, in coelesti beatitudine gaudebit, cum ipso consortium sine fine adepturus angelorum. Unde etiam in pectore imaginis sculptum apparet. Ego sum hostia laudis in provinciis; quia Christus sapienter contemptum docens saecularium, per secretum consilii sui cordibus electorum suorum insinuat, quod ipsum omnis fidelis anima hostiam Patris oblatum in ligno crucis, intima devotione veneratur et adorat: cum etiam in toto terrarum orbe gloriam et laudem ejus, vox et lingua omnium fidelium propter remunerationem vitae non cesset resonare, ut etiam ipsa in locutione sua aperte propalat.

Imago vero quae ante angulum ad austrum respicientem apparet: significat concordiam, rabiem malignorum spirituum fugientem, sed consortium beatorum angelorum amplectentem, cum ipsa ob amorem Dei scissuras infidelium devitat; et ad visionem perpetuae pacis anhelat. Unde et tanti splendoris in facie est, ut eam perfecte intueri non possis; quoniam mortifero odio et invidia carens, majorem claritatem in animabus hominum parat, quam mortalis mens capere valeat fragili corpore gravata.

Sed quod ab utroque latere suo alam albi coloris habet quarum latitudo longitudinem ejusdem imaginis superat; hoc est quod et in prosperis et in adversis ad sudorem justi laboris se conjungentibus, illa virtus protectionem suae candidissimae bonitatis extendens, plus in latitudine expansionis suae quam possidet in charitate supernorum tenet, quam in longitudine nascentis humani generis habeat; quia finito mundo ipsa super coelos coelorum volans, magis tunc quam nunc in claritate sua apparebit. Ubi nihil terrenum nihilque caducum quaeritur; sed quod coeleste ei aeternum est, dulcissima amplexione amatur, et ubi omnia clara atque laeta perdurabunt; abstersa omni nebula iniquitatis, quemadmodum et in verbis professionis virtutis hujus fideliter denuntiatur.

Ella tiene en su mano derecha un ramito verde, puesto que en la felicidad de la salvación del alma contiene la obra del verdísimo y hermosísimo germen de las benditas virtudes que fue infundido por la inspiración del Espíritu Santo. Por lo cual también la misma rueda se revuelve asiduamente permaneciendo la misma imagen inmóvil en ella, porque la misericordia de Dios por piadosa compasión inclinándose hacia los hombres, y compadeciéndose de sus miserias, es siempre flexible para quienes la buscan, mientras que la perfección de Cristo en el desprecio del mundo no tiene movilidad alguna de inestabilidad, sino que siempre tiende a aquellas cosas que están sin ninguna ofensa de mutabilidad.

Pero lo que está escrito en el circuito de la misma rueda: "Si alguno me sirve, sígame. Y donde estoy yo allí también estará mi servidor" (Jn. 12): esto es que la por todas partes flexible misericordia de Dios, contiene esto en sí, que quienquiera que exhibiera obsequio al Hijo de Dios imitando su ejemplo, gozará en la beatitud celestial, habiendo de alcanzar con él el consorcio sin fin de los ángeles. Por lo cual también en el pecho de la imagen aparece esculpido: "Yo soy hostia de alabanza en las provincias". Esto es porque Cristo, enseñando sabiamente el desprecio de las cosas seculares, por el secreto de su consejo insinúa en los corazones de sus electos que toda alma fiel venera y adora con íntima devoción a él mismo, la hostia del Padre ofrecida en el madero de la cruz. Cuando también en todo el orbe de las tierras la voz y lengua de todos los fieles, por la remuneración de la vida, no cesa de resonar su gloria y alabanza, tal como también ella misma proclama abiertamente en su locución.

Pero la imagen que aparece ante el ángulo que mira hacia el austro: significa la Concordia, que huye de la rabia de los espíritus malignos, pero abraza el consorcio de los ángeles bienaventurados, puesto que ella por el amor de Dios evita las escisiones de los infieles; y anhela la visión de la paz perpetua. Por lo cual también es de tal esplendor en su rostro que no puedes contemplarla perfectamente; puesto que, careciendo de odio mortífero y de envidia, prepara una mayor claridad en las almas de los hombres de la que la mente mortal puede captar, gravada por el cuerpo frágil.

Pero el que tenga de cada uno de sus lados un ala de color blanco cuya latitud supera la longitud de la misma imagen; esto es que tanto en las cosas prósperas como en las adversas para los que se unen al sudor del justo trabajo, aquella virtud extendiendo la protección de su blanquísima bondad, posee más en la latitud de su expansión que posee en la caridad de lo superno, de lo que tiene en la longitud del naciente género humano; Porque acabado el mundo ella misma volando sobre los cielos de los cielos, aparecerá más entonces que ahora en su claridad. Donde nada terreno y nada caduco se busca; sino que lo que le es celestial y eterno, es amado con dulcísimo abrazo, y donde todas las cosas claras y alegres perdurarán; borrada toda nube de iniquidad, tal como también en las palabras de la profesión de esta virtud se denuncia fielmente.

Quod vero vides pavimentum aedificii totum ut album vitrum apparens et ex se reddens splendorem serenissimum: hoc est quod fortitudo verae fidei portans et explanans opus et civitatem Dei, tota in candore et in speculo simplicitatis purissima et planissima est, ipsa fide cum omnibus operibus ad se pertinentibus in ipsa civitate Dei vigilante et aedificante, quatenus Deus in initio bonorum operum hominum per splendorem serenissimae intentionis tangatur; et in fine eorum per salvationem animae apertissime cognoscatur, quia peracta operatione: fides ipsa ostendit qua devotione quaeque anima Deum quaesivit.

Unde et splendor lucidi illius sedentis in throno qui omnia haec tibi demonstrat per ipsum pavimentum usque in abyssum resplendet; quoniam gratia omnipotentis Dei cuncta regentis quae in hac visione cognoscis tibi manifestantis, per fortitudinem fidei diabolum in perditione mortis ad nihilum redegit. Quomodo? Deus serpentem antiquum et mortem aeternae perditionis per purissimam fidem, quae est in regeneratione spiritus et aquae dejecit in profundum perpetuae confusionis, fortiter pertransiens tenebras infidelitatis, cum Filius Dei fideles suos admonuit, ut verba doctrinae suae ab ipso accepta in mundum emitterent.

Sed quod inter circulum illum a sedente in throno protensum, et inter hoc aedificium terra tantum apparet, quasi aliquantulum deorsum vergens, ita ut aedificium inde velut super monte positum videatur; hoc est quod inter fortitudinem potestatis omnipotentis Dei et inter electum opus bonitatis ipsius, plurimi homines sunt qui veram fidem abnegantes magis temporalia quod aeterna sectantur, ut sunt pagani, Judaei ac falsi Christiani semper de malo in malum descendentes, nec in caducis rebus speculum catholicae fidei sursum aspicientes, sed magis in voluptatibus suis pravum opus in profundum peccatorum protrahere laborantes; ita ut maximum et pulcherrimum opus Dei, inter tenebras hujus infelicitatis omni homini illud quaerenti in altitudine summae bonitatis palam appareat; ut Joannes dilectus evangelista in revelatione divina testatur, dicens: Et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum, et ostendit mihi civitatem sanctam Hierusalem descendentem de coelo habentem claritatem Dei (Apoc. XXI). Hoc tale est: Spiritus elevat spiritum. Quomodo? In virtute sua Spiritus sanctus trahit hominis mentem de pondere carnis, ut possit volare in visione oculorum spiritus illius qui interiora videt non obscuratus caecitate carnalium voluptatum. Quid hoc?

Pero el que veas el pavimento del edificio apareciendo todo como vidrio blanco y devolviendo de sí un esplendor serenísimo: esto es que la fortaleza de la verdadera fe, que porta y explica la obra y la ciudad de Dios, es toda ella purísima y planísima en la blancura y en el espejo de la simplicidad. Esa fe, con todas las obras que le pertenecen, vigila y edifica en la misma ciudad de Dios, a fin de que Dios en el inicio de las buenas obras de los hombres sea tocado por el esplendor de la serenísima intención; y en el fin de ellas, por la salvación del alma, sea conocidísimo muy abiertamente, porque acabada la operación: la fe misma muestra con qué devoción buscó cada alma a Dios.

Por lo cual también el esplendor de aquel lúcido que se sienta en el trono, quien te demuestra todas estas cosas, resplandece por el mismo pavimento hasta el abismo; puesto que la gracia del Dios omnipotente que rige todas las cosas, que te manifiesta lo que conoces en esta visión, por la fortaleza de la fe redujo a la nada al diablo en la perdición de la muerte. ¿Cómo? Dios arrojó a la serpiente antigua y a la muerte de la perdición eterna por la fe purísima, la cual está en la regeneración del espíritu y del agua, a lo profundo de la confusión perpetua, atravesando fuertemente las tinieblas de la infidelidad, cuando el Hijo de Dios amonestó a sus fieles para que emitieran al mundo las palabras de su doctrina recibidas de él.

Pero el que entre aquel círculo extendido por el que se sienta en el trono y entre este edificio aparezca solo tierra, como inclinándose un poco hacia abajo, de modo que el edificio parezca desde allí como puesto sobre un monte; esto es que entre la fortaleza de la potestad del Dios omnipotente y entre la obra elegida de su bondad, hay muchísimos hombres que, negando la verdadera fe, siguen más las cosas temporales que las eternas, como son los paganos, los judíos y los falsos cristianos, descendiendo siempre de mal en mal, ni mirando hacia arriba al espejo de la fe católica en las cosas caducas, sino más bien trabajando en sus placeres para arrastrar la obra depravada al abismo de los pecados; de modo que la máxima y hermosísima obra de Dios, entre las tinieblas de esta infelicidad, aparezca patentemente en la altura de la suma bondad a todo hombre que la busque; como atestigua Juan el amado evangelista en la revelación divina, diciendo: "Y me llevó en espíritu a un monte grande y alto, y me mostró la ciudad santa Jerusalén que descendía del cielo teniendo la claridad de Dios" (Apoc. XXI). Esto es así: el espíritu eleva al espíritu. ¿Cómo? En su virtud el Espíritu Santo atrae la mente del hombre desde el peso de la carne, para que pueda volar en la visión de los ojos de aquel espíritu que ve lo interior, no oscurecido por la ceguera de los placeres carnales. ¿Qué es esto?

Sed Spiritus sanctus sursum elevat spiritum hominis ad montem coelestium desideriorum: ut perspicue considerare valeat opera quae in spiritu peragenda sunt, quod est magnitudo operum Dei; cui mille artes diabolici operis substratae sunt, ita quod eis dominatur sicut mons planitiei terrae praefertur, et quod immobile fundamentum est sicut mons qui de loco suo non transit, tantae etiam altitudinis existens quod mortalis homo eam in sensu suo enarrare non possit; quia omnem humanam prudentiam superexcellit, quae de terrenis mentibus terrenarum qualitatum ascendit. Et sic fideli et sanctae animae opera spiritus ostenduntur: sicut etiam coelestis Hierusalem sine opere manuum carnis, per opus a Spiritu sancto datum spiritualiter aedificanda est, ita magnitudine et altitudine sanctorum operum in spiritu apparente, ut eadem civitas in operibus bonis quae tactu Spiritus sancti fiunt in hominibus, adornatur; quoniam ipsa sic supra montem posita et innumeris aedificationibus aedificata, in se nobilissimos lapides qui sanctae animae in visione pacis sunt, colligit ab omni putredine peccati purgatos. Unde etiam cum ipsis pretiosis lapidibus ut aurum fulget quia in bonis hominibus sapientia opus suae claritatis demonstrat. Sed opera illa in rectitudine justitiae peracta, cum quibus etiam ipsa coelestis Hierusalem adornata perficitur, unde exorta venerunt? videlicet de altitudine coeli, quoniam ut ros de nubibus descendit et terram humore suo perfundit; sic bona opera a Deo in homines descendunt, et infusione Spiritus sancti rigantur; ita quod fidelis homo bonum et suavem fructum generans, consortium supernae civitatis adipiscitur. Sic ergo coelestia opera per donum Spiritus sancti de coelo in homines venientia, habent claritatem in ipso, a quo etiam emanaverunt. Quomodo? Quia claritas Dei in bonis operibus justorum hominum fulget: ita quod ipse tanto ardentius in terra cognoscitur, adoratur et colitur per quas virtutes ipsa facta civitas in ornamentis suis decoratur; quia homo adjutorio Dei bona opera faciens, eum in mirabilibus suis veneratur. Et sic est haec revelatio per oculos spiritus visa et cognita, ut inspiratione Spiritus sancti recta opera in hominibus peracta coram Deo in supernis apparent.

Itaque, ut praemonstratum est Deus operatur ab oriente et a septentrione et ab occidente ad meridiem; ubi per filium suum in dilectione Ecclesiae omne quod ante constitutionem mundi praedestinatum fuerat, ad effectum illum perducit qui novissimus dies est, sicut etiam hoc opus suum per se educens illud cum praedictis in mystica designatione turribus et virtutibus confirmatum et ornatum, atque in summa perfectione completum reducit ad seipsum. Quomodo?

Sino que el Espíritu Santo eleva hacia arriba el espíritu del hombre al monte de los deseos celestiales: para que pueda considerar perspicazmente las obras que han de realizarse en el espíritu, que es la magnitud de las obras de Dios; a la cual están sometidas mil artes de la obra diabólica, de modo que las domina así como un monte se antepone a la llanura de la tierra, y porque es un fundamento inmóvil como el monte que no pasa de su lugar, siendo también de tanta altura que el hombre mortal no puede narrarla en su sentido; porque sobrepuja toda prudencia humana, que asciende de las mentes terrenas de cualidades terrenas. Y así a la fiel y santa alma se le muestran las obras del espíritu: como también la Jerusalén celestial ha de ser edificada espiritualmente sin la obra de las manos de la carne, por la obra dada por el Espíritu Santo, de modo que apareciendo en el espíritu la magnitud y altura de las obras santas, esa misma ciudad sea adornada en las obras buenas que se hacen en los hombres por el toque del Espíritu Santo; puesto que ella, así puesta sobre el monte y edificada por innumerables edificaciones, recoge en sí las nobilísimas piedras que son las almas santas en la visión de paz, purificadas de toda podredumbre de pecado. Por lo cual también con las mismas piedras preciosas brilla como el oro porque en los hombres buenos la sabiduría demuestra la obra de su claridad. Pero aquellas obras realizadas en la rectitud de la justicia, con las cuales también la misma Jerusalén celestial perfeccionada se adorna, ¿de dónde surgieron y vinieron? A saber, de la altura del cielo, puesto que como el rocío desciende de las nubes y baña la tierra con su humor; así las buenas obras descienden de Dios a los hombres, y son regadas por la infusión del Espíritu Santo; de modo que el hombre fiel, generando buen y suave fruto, alcanza el consorcio de la ciudad superna. Así pues, las obras celestiales que vienen del cielo a los hombres por el don del Espíritu Santo, tienen claridad en aquel de quien también emanaron. ¿Cómo? Porque la claridad de Dios brilla en las buenas obras de los hombres justos: de modo que él mismo es conocido, adorado y venerado tanto más ardientemente en la tierra por cuyas virtudes la misma ciudad hecha es decorada en sus ornamentos; porque el hombre, haciendo buenas obras con el auxilio de Dios, le venera en sus maravillas. Y así es esta revelación vista y conocida por los ojos del espíritu, de modo que por la inspiración del Espíritu Santo las obras rectas realizadas en los hombres aparecen ante Dios en lo alto.

Por tanto, como se ha mostrado antes, Dios obra desde el oriente y desde el septentrión y desde el occidente hacia el mediodía; donde por su Hijo en el amor de la Iglesia conduce a aquel efecto que es el último día todo lo que antes de la constitución del mundo había sido predestinado, así como también sacando esta obra suya por sí mismo la devuelve a sí mismo, confirmada y adornada con las predichas torres y virtudes en designación mística, y completada en la suma perfección. ¿Cómo?

Justitia justae actionis post casum Adae designata in Noe; ad novissimum diem tendit multis miraculis circumvallata, quae Deus in electis suis per diversa tempora demonstrare non cessavit ut in praeparatione in Noe, et in ostensione in Abraham et in Mose, et in operatione in filio suo. Quomodo? Ante tempora in corde coelestis Patris erat quod Filium suum in fine temporum pro vera salute et redemptione perditi hominis mittere voluit in mundum; qui natus ex virgine omnia quae antiqui sancti Spiritu sancto repleti praedixerant, perfecto opere complevit, veluti brachium hominis se primum flectit ad opus, et ut deinde manus operatur. Quid hoc? Justitia videlicet justo judicio Dei cum Adam de terra floriditatis projectus est: coepit primum in Noe moveri ut in prima junctura humeri, ita tendens ad fortiora in Abraham et in Mose quasi ad flexibiliora secundum juncturam brachii, sic tandem perveniens ad perfectum opus in Filio Dei, per quem omnia signa et praeconia veteris legis aperto opere completa sunt; et per quem omnes virtutes cum quibus coelestis Hierusalem in filiis suis adornabitur, certissima declaratione in regeneratione spiritus et aquae manifestatae sunt, ut manus in digitis suis opus quod operatur ad perfectam ostensionem perducit: hoc modo opus meum ad gloriam meam et ad tuam confusionem perficio, o diabole, tibi per fortitudinem brachii mei oppositus in aquilone, in septentrione et in occidente, nec non etiam secundum solis cursum tibi resistens ab oriente et a meridie, ita te subvertens in occidente, quatenus in omni parte confusus sis, quia in ecclesia mea quae mons est fortitudinis, ad interitum tuum, o deformissime impostor, facio opus justitiae et sanctitatis; ita ut tu devictus omnino intereas, qui volebas ut plebs mea interiret. Qui autem acutas aures interioris intellectus habet: hic in ardente amore speculi mei ad verba haec anhelet, et ea in conscientia animi sui conscribat.

VISIO UNDECIMA.

SUMMARIUM. De quinque ferocissimis cursibus temporalium regnorum. De cane igneo. De fulvo leone. De equo pallido. De nigro porco. De griseo lupo. De colle quinque apices habente et de quinque funibus bestiarum quid significet. Verba Job ad eamdem rem. Quod Ecclesia a perfectione sua fulget in decore justitiae usque ad tempus Antichristi. Quod tunc fides Ecclesiae quasi in dubio est praeter testimonium Enoch et Eliae. Quod ante finem mundi testimonio eorumdem sponsus Ecclesiae candidissime fulgebit, devicto filio perditionis et manifestata fide veritatis. Verba David ad eamdem rem.

La justicia de la acción justa, designada en Noé después de la caída de Adán; tiende hacia el último día amurallada por muchos milagros, que Dios no ha cesado de demostrar en sus elegidos por diversos tiempos, como en la preparación en Noé, y en la ostentación en Abrahán y en Moisés, y en la operación en su Hijo. ¿Cómo? Antes de los tiempos estaba en el corazón del Padre celestial que quería enviar a su Hijo al mundo al fin de los tiempos para la verdadera salvación y redención del hombre perdido; quien, nacido de una virgen, completó con obra perfecta todas las cosas que los antiguos santos, llenos del Espíritu Santo, habían predicho, así como el brazo del hombre se flexiona primero para la obra, y como después la mano opera. ¿Qué es esto? A saber, la justicia por el justo juicio de Dios fue arrojada de la tierra de la floridez con Adán: comenzó primero a moverse en Noé como en la primera coyuntura del hombro, tendiendo así a cosas más fuertes en Abrahán y en Moisés como a cosas más flexibles según la coyuntura del brazo, llegando así finalmente a la obra perfecta en el Hijo de Dios, por quien todos los signos y anuncios de la antigua ley fueron completados por obra abierta; y por quien todas las virtudes, con las cuales la Jerusalén celestial será adornada en sus hijos, fueron manifestadas por certísima declaración en la regeneración del espíritu y del agua, como la mano en sus dedos conduce la obra que opera a la perfecta ostentación: de este modo perfecciono mi obra para mi gloria y para tu confusión, oh diablo, opuesto a ti por la fortaleza de mi brazo en el aquilón, en el septentrión y en el occidente, y también resistiéndote según el curso del sol desde el oriente y desde el mediodía, subvirtiéndote así en el occidente, para que en toda parte seas confundido, porque en mi iglesia, que es el monte de la fortaleza, para tu perdición, oh deformísimo impostor, hago la obra de la justicia y de la santidad; de modo que tú, vencido del todo, perezcas, tú que querías que mi pueblo pereciera. Quien tenga oídos aguzados del intelecto interior: anhele estas palabras en el ardiente amor de mi espejo, y escríbalas en la conciencia de su alma.

UNDÉCIMA VISIÓN.

Dehinc multas lacrymas Ecclesia fudit; quia fortitudinem sanctae Trinitatis ignoravit, dicens humanitatem Filii Dei se quidem vidisse, sed divinitatem ipsius nondum perfecte intellexisse. Unde ipse commotus in dilecto suo Joanne secreta sanctae Trinitatis quantum homini licitum erat scire: in honore Patris et in ardore Spiritus sancti manifestavit. Et ita in gremium sponsae suae caput suum reclinans: ibi usque ad maxima schismata quae in filio perditionis futura sunt, requiescet; ibi fortitudo ejus abrasis crinibus ipsius abscindetur: cum homines in tempore illo magis filium perditionis, quam ipsum sequi studebunt dicentes: Quid est, o Deus, quod talia et tanta miracula videmus? Et ita fortitudo ipsius dilinitur, cum jam vera fides in caecitate infidelitatis obnubilari videtur.

Cuando primero hubieron percibido la fe católica en la antigua ley y en la nueva, algunos de ellos pensaban que debían caminar hasta la perfecta corrección, la cual era la atadura de nervios húmedos pero que aún no tenían una perfecta sequedad. Por lo cual la Iglesia, todavía ruda, decía a muchas turbas: «Esta es la fortaleza de mi esposo». Y el pueblo, oyendo estas cosas, quería por un repentino movimiento cultivar a Dios solo en el oído de las palabras, y no conversar en la significación del Espíritu Santo. Pero así su fortaleza no fue conocida.

Después la virginidad, como cuerdas nuevas que nunca estuvieron en obra, así como también antes la virginidad no era tenida gloriosamente; fue noblemente erigida, cuya atadura ciertamente tocó fuertemente al Hijo de Dios, pero sin embargo no lo mostró plenamente. Pero la Iglesia, irguiéndose hacia arriba, decía: «Oh vosotros, amigos míos, estas son las máximas virtudes de mi esposo». Y de repente, en un gran estrépito, mucho pueblo se lanzó sobre él, diciendo: «Nosotros, en sus máximas fuerzas, lo hemos capturado». Pero ni aun así sus fuerzas fueron manifestadas.

Después, en los siete dones del Espíritu Santo, como en sus siete cabellos, la Iglesia fue solidificada, estando estos clavados con un fuerte clavo en el firmamento de los predicadores apostólicos. Por lo cual, habiéndose tejido así la red de la fe, la Iglesia clamaba: «Oh, cuán fuerte es mi esposo en sus siete cabellos». Y todos los pueblos, oyéndola, se lanzaron contra él, pensando que él no tenía mayores fuerzas. Pero tampoco de este modo fue reconocida su fortaleza.

Desde entonces la Iglesia derramó muchas lágrimas; porque ignoró la fortaleza de la santa Trinidad, diciendo que ciertamente había visto la humanidad del Hijo de Dios, pero que aún no había entendido perfectamente su divinidad. Por lo cual él mismo, conmovido, manifestó en su amado Juan los secretos de la santa Trinidad en cuanto era lícito al hombre saber: en el honor del Padre y en el ardor del Espíritu Santo. Y así, reclinando su cabeza en el gremio de su esposa: allí descansará hasta los máximos cismas que han de ser en el hijo de la perdición; allí su fortaleza será cortada, habiéndole sido rasurados sus cabellos: cuando los hombres en aquel tiempo se esfuercen más en seguir al hijo de la perdición que a él, diciendo: «¿Qué es esto, oh Dios, que vemos tales y tan grandes milagros?». Y así su fortaleza se disuelve, cuando ya la verdadera fe parece nublarse en la ceguedad de la infidelidad.

Sed vires ejus resurgent, cum Enoch et Elias apparuerint. Quapropter superbiam et praesumptionem fortiter concutiens, filium perditionis cum omnibus diabolicis artibus et caeteris vitiis ejus dejiciet, multoque durius diabolica vitia conteret, cum jam Ecclesia cum Christiano nomine de praesenti et temporali saeculo ad aeterna transibit, quam antea fecerit cum adhuc divinus cultus in mundo temporaliter vigeret. Quid hoc? Quia cum jam saeculum finem accipiet, tunc et diabolicae persecutiones et virtutum fortissimae operationes, in hominibus etiam temporaliter cessabunt.

Qui autem acutas aures interioris intellectus habet: hic in ardente amore speculi mei, ad verba haec anhelet, et ea in conscientia animi sui conscribat. VISIO DUODECIMA.

SUMMARIUM.---Quod in novissimo tempore mundus multis calamitatibus ut homo in hora mortis dissolvitur. Quod omnes creaturae repente commoventur et quidquid in aere vel in aqua vel in terra mortale est vitam reddit et quod foeditatis est in eis evanescet. Quod corpora mortuorum ubicunque fuerint in integritate corporis et sexus sui resurgunt. De signatis et non signatis resurgentium. Quod Filius cui Pater potestatem dedit judicium facere, in forma humanitatis ad judicium veniet. Evangelium de eodem. Quod signati obviam justo judici non in difficultate celeriter rapiuntur et opera eorum apparebunt. Quod omnes flores: patriarchae, prophetae, apostoli, martyres, confessores, virgines, et monachi et alii praepositi fulgebunt. Quod coeli interim laudes suas in silentio continent cum Filius sententiam judicialem proferet conscientia singulorum aperta. De bonis et malis qui judicandi sunt. De infidelibus qui jam judicati ad judicium non perveniunt. Quod finito judicio, maxima quies tranquillitatis exoritur. Quod electos gloria aeternitatis cum magnis laudibus recipit, sed reprobos infernus magno ululatu absorbet. Evangelium de eodem. Quomodo elementa, et sol, et luna, et stellae, finito judicio in melius mutantur et nox non erit. Verba Joannis de eodem.

Post haec vidi et ecce omnia elementa et omnes creaturae diro motu concussa sunt: ignis, aer, et aqua eruperunt, et terram moveri fecerunt, fulgura et tonitrua concrepuerunt, montes et silvae ceciderunt: ita ut omne quod mortale erat vitam exhalaret. Et omnia elementa purgata sunt, ita ut quidquid in eis sordidum fuerat, tali modo evanesceret, ut amplius non appareret.

Pero sus fuerzas resurgirán, cuando Enoc y Elías hayan aparecido. Por lo cual sacudiendo fuertemente la soberbia y la presunción, derribará al hijo de la perdición con todas las artes diabólicas y sus demás vicios, y quebrantará mucho más duramente los vicios diabólicos, cuando ya la Iglesia con el nombre cristiano pase del presente y temporal siglo a las cosas eternas, de lo que lo hizo antes cuando aún el culto divino florecía temporalmente en el mundo. ¿Qué es esto? Porque cuando ya el siglo reciba su fin, entonces tanto las persecuciones diabólicas como las fortísimas operaciones de las virtudes cesarán en los hombres incluso temporalmente.

Quien, pues, tiene oídos agudos de intelecto interior: que anhele estas palabras en el ardiente amor de mi espejo, y las escriba en la conciencia de su alma. VISIÓN DUODÉCIMA.

SUMARIO.---Que en el último tiempo el mundo se disuelve por muchas calamidades como el hombre en la hora de la muerte. Que todas las criaturas son movidas de repente y lo que en el aire o en el agua o en la tierra sea mortal devuelve la vida y lo que sea de fealdad en ellos se desvanecerá. Que los cuerpos de los muertos dondequiera que hayan estado resurgirán en la integridad de su cuerpo y de su sexo. Sobre los señalados y no señalados de los que resurgirán. Que el Hijo a quien el Padre dio potestad de hacer juicio, vendrá al juicio en forma de humanidad. El Evangelio sobre lo mismo. Que los señalados son arrebatados velozmente y sin dificultad al encuentro del justo juez y sus obras aparecerán. Que todas las flores: patriarcas, profetas, apóstoles, mártires, confesores, vírgenes, y monjes y otros prepósitos brillarán. Que los cielos entretanto contienen sus alabanzas en silencio cuando el Hijo profiera la sentencia judicial, abierta la conciencia de cada uno. Sobre los buenos y los malos que han de ser juzgados. Sobre los infieles que habiendo sido ya juzgados no llegan al juicio. Que terminado el juicio, surge la máxima quietud de la tranquilidad. Que la gloria de la eternidad recibe a los elegidos con grandes alabanzas, pero el infierno absorbe a los réprobos con gran aullido. El Evangelio sobre lo mismo. Cómo los elementos, y el sol, y la luna, y las estrellas, terminado el juicio, se mudan a mejor y no habrá noche. Palabras de Juan sobre lo mismo.

Después de estas cosas vi y he aquí que todos los elementos y todas las criaturas fueron sacudidos con un terrible movimiento: el fuego, el aire y el agua irrumpieron, e hicieron que la tierra se moviera, relámpagos y truenos resonaron, montes y selvas cayeron: de modo que todo lo que era mortal exhaló la vida. Y todos los elementos fueron purificados, de modo que todo lo que en ellos había sido sórdido, se desvaneciera de tal modo que ya no apareciera más.

Et audivi vocem maximo clamore per totum orbem terrarum vociferantem et dicentem: O vos, filii hominum, qui in terra jacetis, surgite omnes. Et ecce omnia ossa hominum in quocunque loco terrarum erant, velut in uno momento congregata, et sua carne obtecta sunt, et omnes homines integris membris et corporibus suis in sexu suo surrexerunt: boni in claritate fulgentes, et mali in nigredine apparentes, ita ut et opus cujusque in ipso aperte videretur.

Et quidam ex eis in fide signati erant, quidam autem non, ita ut signatorum illorum alii ante faciem suam velut aureum fulgorem, alii velut umbram haberent quod ipsorum signum erat. Sed subito ab oriente maxima coruscatio effulsit: et ibi in nube Filium hominis eo vultu quo in mundo fuerat, nudatis et apertis vulneribus cum angelicis choris advenientem vidi, et supra sedem flammantis sed non ardentis throni sedentem, et sub se hanc maximam tempestatem purgationis mundi habentem.

Et qui signati erant obviam ei in aere quasi in turbine rapti sunt, ubi et prius splendorem illum qui secretum superni Creatoris designat videram; bonis scilicet a malis ibi separatis. Sed ipse blanda voce quemadmodum evangelium manifestat, justos coelesti regno beatificavit, ac terribili voce injustos infernalibus poenis ut etiam scriptum est, deputavit; nulla tamen alia inquisitione vel responsione de operibus eorum, nisi quemadmodum evangelica vox ostendit, ibi facta; quoniam opus cujusque sive bonum sive malum esset, in ipso manifeste apparuit.

Qui autem signati non erant a longe in parte aquilonis cum diabolica turba stabant, nec ad judicium hoc pervenerunt; sed tamen haec omnia velut in turbine videntes, finem judicii exspectabant, et intra se amaros gemitus edebant. Et sic judicio peracto, fulgura, et tonitrua, et venti ac tempestates cessabant; et quidquid in elementis transitorium erat, subito evanuit et maxima tranquillitas facta est.

Tunc electi super splendorem solis repente splendidi effecti: cum Filio Dei, et cum beatis agminibus angelorum in gaudio magno coelestia petebant, reprobis cum diabolo et angelis ejus ad loca infernalia cum magno ululatu tendentibus. Et sic coelum electos recepit, et infernus reprobos absorbuit. Sed subito tanta gaudia et tantae laudes in coelestibus, et tanta tristitia ac tanti ululatus in abyssi lacu exorti sunt, ultra etiam quam humanus sensus effari possit.

Y oí una voz con un grito fortísimo por todo el orbe de la tierra vociferando y diciendo: «Oh vosotros, hijos de los hombres, que yacéis en la tierra, levantaos todos». Y he aquí que todos los huesos de los hombres en cualquier lugar de la tierra donde estuvieran, como en un solo momento fueron congregados, y cubiertos por su carne, y todos los hombres se levantaron con sus miembros y cuerpos íntegros en su sexo: los buenos brillando en claridad, y los malos apareciendo en negrura, de modo que también la obra de cada uno se veía abiertamente en él mismo.

Y algunos de ellos estaban señalados en la fe, y otros no, de modo que de los señalados unos tenían ante su rostro como un esplendor áureo, otros como una sombra que era su señal. Pero de repente desde el oriente brilló una máxima coruscación: y allí en una nube vi venir al Hijo del hombre con aquel rostro con que había estado en el mundo, con las llagas desnudas y abiertas con coros angélicos, y sentado sobre la sede de un trono llameante pero no ardiente, y teniendo bajo sí esta máxima tempestad de la purificación del mundo.

Y los que estaban señalados fueron arrebatados a su encuentro en el aire como en un torbellino, donde también antes había visto aquel esplendor que designa el secreto del superno Creador; separados allí los buenos de los malos. Pero él con voz suave, como manifiesta el evangelio, beatificó a los justos con el reino celestial, y con voz terrible diputó a los injustos a las penas infernales como también está escrito; no habiéndose hecho allí ninguna otra inquisición o respuesta sobre sus obras, sino como la voz evangélica muestra; puesto que la obra de cada uno, fuera buena o mala, apareció manifiestamente en él mismo.

Los que, sin embargo, no estaban señalados estaban lejos en la parte del norte con la turba diabólica, ni llegaron a este juicio; pero viendo todas estas cosas como en un torbellino, esperaban el fin del juicio, y emitían dentro de sí amargos gemidos. Y así realizado el juicio, los relámpagos, los truenos, los vientos y las tempestades cesaban; y todo lo que en los elementos era transitorio, de repente se desvaneció y se hizo una máxima tranquilidad.

Entonces los elegidos, hechos de repente espléndidos sobre el esplendor del sol: con el Hijo de Dios y con las bienaventuradas legiones de ángeles en gran gozo buscaban las cosas celestiales, tendiendo los réprobos con el diablo y sus ángeles a los lugares infernales con gran aullido. Y así el cielo recibió a los elegidos, y el infierno absorbió a los réprobos. Pero de repente tantos gozos y tantas alabanzas en las cosas celestiales, y tanta tristeza y tantos aullidos en el lago del abismo surgieron, incluso más allá de lo que el sentido humano pueda expresar.

Et mox omnia elementa in maxima serenitate resplenduerunt, veluti eis nigerrima cutis abstracta fuisset; ita quod nec ignis fervorem, nec aer spissitudinem, nec aqua aestum, nec terra fragilitatem amplius ullam haberent. Sol quoque, luna et stellae, velut plurimus ornatus in firmamento, multo splendore et decore rutilabant: et sine motu circuitionis fixa manebant, ita quod ultra diem et noctem non discernebant. Et ita nox non erat, sed dies. Et finitum est.

Iterumque audivi vocem de coelo mibi dicentem: Haec mysteria novissima tempora ostendunt: in quibus temporalia tempora, in aeternitatem coruscationis illius quae sine fine est transmutabuntur. Novissima enim tempora multis periculis fatigabuntur, et occasus mundi variis signis demonstrabitur. Nam ut vides, in ipso novissimo die totus orbis terrarum terroribus concutietur, et tempestatibus quassabitur: ita ut quidquid in eo caducum et mortale est, his calamitatibus finiatur; quia tunc cursu mundi completo, ipse amplius durare non poterit, sed secundum divinam dispositionem consummabitur. Sicut enim homo cum finiendus est, multis infirmitatibus praeventus dejicitur, ita quod etiam in ipsa hora mortis suae multo dolore dissolvitur; sic etiam finem mundi maximae adversitates praecurrent, et ipsum in fine suo diversis terroribus dissolvent, quoniam elementa terrores suos tunc ostendent; quia eos amplius exercere non poterunt.

Repentino et inopinato motu in hoc fine elementa relaxantur, omnes creaturae commoventur, ignis erumpit, aer solvitur, aqua effluit, terra concutitur, fulgura fervent, tonitrua concrepant, montes scinduntur, silvae ruunt, et quidquid in aere, vel in aqua, vel in terra mortale est vitam reddit. Ignis enim totum aerem movet, et aqua totam terram replet; et hoc modo omnia purgantur, ut quidquid in mundo foeditatis est, ita evanescat, quasi non fuerit, velut sal diffluit cum in aquam immittitur. Sed divino praecepto, ut tibi monstratum est, ad resurgendum accepto, mortuorum ossa ubicunque fuerint suo loco velut in ictu oculi conjunguntur, et sua carne teguntur, nec ullo modo retardantur, sed sive ab igne, sive ab aqua, sive ab ave, sive a bestia, consumpta fuerint, citissime restituuntur; ita quod ea hoc modo terra reddit, velut sal ex aqua sudat, quia oculus meus omnia novit, nec quidquam me latere poterit.

Y pronto todos los elementos resplandecieron en máxima serenidad, como si se les hubiera quitado una piel negrísima; de modo que ya no tuvieran ningún fervor de fuego, ni espesura de aire, ni ardor de agua, ni fragilidad alguna de tierra. El sol también, la luna y las estrellas, como un numerosísimo ornato en el firmamento, brillaban con mucho esplendor y decoro: y permanecían fijos sin movimiento de circuición, de modo que no discernían más allá del día y de la noche. Y así no había noche, sino día. Y se acabó.

Y de nuevo oí una voz del cielo que me decía: Estos misterios muestran los últimos tiempos: en los cuales los tiempos temporales se trasmutarán en la eternidad de aquella coruscación que es sin fin. Pues los últimos tiempos serán fatigados por muchos peligros, y el ocaso del mundo será demostrado por varios signos. Porque como ves, en el mismo último día todo el orbe de la tierra será sacudido por terrores, y quebrantado por tempestades: de modo que todo lo que en él es caduco y mortal, termine por estas calamidades; porque entonces completado el curso del mundo, él ya no podrá durar más, sino que según la disposición divina será consumado. Como el hombre cuando ha de ser acabado, derribado por muchas enfermedades que lo previenen, de modo que incluso en la misma hora de su muerte es disuelto con mucho dolor; así también las máximas adversidades precederán al fin del mundo, y lo disolverán en su fin con diversos terrores, puesto que los elementos mostrarán entonces sus terrores; porque ya no podrán ejercerlos más.

Por un repentino e inesperado movimiento en este fin los elementos se relajan, todas las criaturas son movidas, el fuego irrumpe, el aire se disuelve, el agua fluye, la tierra se sacude, los relámpagos hierven, los truenos resuenan, los montes se parten, las selvas caen, y todo lo que en el aire, o en el agua, o en la tierra sea mortal devuelve la vida. Pues el fuego mueve todo el aire, y el agua llena toda la tierra; y de este modo todas las cosas son purificadas, para que todo lo que en el mundo haya de fealdad, se desvanezca así como si no hubiera sido, igual que la sal se disuelve cuando se echa en el agua. Pero por el precepto divino, como se te ha mostrado, recibido para resurgir, los huesos de los muertos dondequiera que hayan estado se unen en su lugar como en un abrir y cerrar de ojos, y son cubiertos por su carne, ni son retardados de ningún modo, sino que ya hayan sido consumidos por el fuego, o por el agua, o por un ave, o por una bestia, son restituidos muy velozmente; de modo que la tierra los devuelve de este modo, igual que la sal emana del agua, porque mi ojo lo conoce todo, ni nada podrá ocultárseme.

Ita omnes homines in anima et corpore, sine ulla contractione et abscisione membrorum suorum, sed in integritate et corporis et sexus sui, velut in ictu oculi resurgunt: electi fulgorem bonorum operum suorum habentes, et reprobi nigredinem infelicium actuum suorum portantes, ita quod ipsorum ibi opera non absconduntur, sed palam in ipsis apparebunt.

Et quidam ex eis in fide signati sunt, quidam autem non; ita ut fidem habentium, conscientiae per opera fidei in fulgore sapientiae fulgeant, aliorum vero in tenebrositate neglectus sui appareant, per quae aperte discernuntur, quoniam illi fidem in operibus impleverunt, isti autem eam in se ipsis exstinxerunt. Quidam autem signum fidei non habent; quia illi nec in veteri lege, nec in nova gratia cognitionem vivi et veri Dei habere voluerunt. Et tunc in claritate lucis aeternae, sed tamen in nube qua reprobis coelestis gloria abscondita est, Filius Dei in forma humanitatis et passionis suae quam in voluntate Patris pro salute humani generis passus est, ad judicandum ipsum humanum genus coelesti exercitu circumdatus adveniet; quoniam Pater ei hoc dedit, ut quia ipse in mundo visibiliter conversatus fuerat, quae visibilia mundi sunt dijudicet, ut etiam ipse in Evangelio ostendit, dicens: Et potestatem dedit ei judicium facere quia filius hominis est (Joan. V). Hoc tale est: Pater testificatur de Filio suo. Quid hoc? Pater potestatem dedit Filio; quoniam ipse semper cum Patre in divinitate manens, sed humanitatem de matre accipiens secundum quod homo est, accepit etiam a Patre, quod omnis creatura ipsum Dei Filium sentit, sicut et omnis creatura in creatione formae suae a Deo creata subsistit. Et ideo cuncta opera discernuntur a Filio in quacunque dignitate vel incurvatione sint: et secundum hoc quod collocanda sunt, ea collocat ut quia ipse homo palpabilis et visibilis in mundo fuit, etiam illa quae in mundo visibilia fuerunt secundum quod justum est discernat, videlicet in potestate judiciali terribilis injustis, sed blandus justis apparens; ipsos ita dijudicans, quod etiam purgationis suam elementa sentiant.

Tunc et qui signati sunt, obviam justo judici, non in difficultate sed in multa celeritate rapiuntur, ut quoniam ipsi fidem in Deum credentes habuerunt: etiam opera fidei in eis manifeste appareant, ubi et scientia Dei actus eorum et in bonis et in malis non ignorat, ut tibi monstratum est; ibi enim boni et mali separabuntur, quia et opera eorum dissimilia sunt. Nam ibi tam in malis quam in bonis certissime apparet quomodo vel in infantia, vel in pueritia, vel in juventute, vel in senectute, vel in decrepita aetate Deum quaesierint.

Así todos los hombres en alma y cuerpo, sin ninguna contracción y ablación de sus miembros, sino en la integridad tanto de su cuerpo como de su sexo, resurgen como en un abrir y cerrar de ojos: teniendo los elegidos el fulgor de sus buenas obras, y portando los réprobos la negrura de sus infelices actos, de modo que sus obras no se ocultan allí, sino que aparecerán abiertamente en ellos.

Y algunos de ellos están señalados en la fe, y otros ciertamente no; de modo que de los que tienen fe, las conciencias brillen en el fulgor de la sabiduría a través de las obras de la fe, pero las de los otros aparezcan en la tenebrosidad de su negligencia, por lo cual son abiertamente discernidos, porque aquellos cumplieron la fe en las obras, pero estos la extinguieron en sí mismos. Algunos, sin embargo, no tienen el signo de la fe; porque ellos no quisieron tener el conocimiento del Dios vivo y verdadero ni en la antigua ley ni en la nueva gracia. Y entonces en la claridad de la luz eterna, pero sin embargo en una nube por la cual la gloria celestial está oculta para los réprobos, el Hijo de Dios en la forma de su humanidad y de su pasión que padeció por la voluntad del Padre para la salvación del género humano, vendrá rodeado por el ejército celestial para juzgar al mismo género humano; puesto que el Padre le dio esto, para que porque él había conversado visiblemente en el mundo, juzgue las cosas que son visibles del mundo, como él mismo muestra también en el Evangelio, diciendo: «Y le dio potestad de hacer juicio porque es el hijo del hombre» (Juan 5). Esto es tal: el Padre testifica de su Hijo. ¿Qué es esto? El Padre dio la potestad al Hijo; puesto que él permaneciendo siempre con el Padre en la divinidad, pero recibiendo la humanidad de la madre según lo que es hombre, recibió también del Padre que toda criatura sienta al mismo Hijo de Dios, así como toda criatura en la creación de su forma subsiste creada por Dios. Y por eso todas las obras son discernidas por el Hijo en cualquier dignidad o inclinación que estén: y según aquello en que han de ser colocadas, él las coloca para que porque él mismo fue un hombre palpable y visible en el mundo, también discierna aquellas cosas que fueron visibles en el mundo según lo que es justo, a saber, apareciendo en potestad judicial terrible para los injustos, pero suave para los justos; juzgándolos así, que incluso los elementos sientan su purificación.

Entonces también aquellos que están marcados son arrebatados al encuentro del justo juez, no con dificultad sino con mucha celeridad, para que, puesto que ellos mismos tuvieron fe creyendo en Dios, también las obras de la fe aparezcan manifiestamente en ellos. Donde también la ciencia de Dios no ignora los actos de ellos, tanto en los buenos como en los malos, como te ha sido mostrado; pues allí los buenos y los malos serán separados, porque también sus obras son disímiles. Porque allí, tanto en los malos como en los buenos, aparece con toda certeza cómo buscaron a Dios ya sea en la infancia, o en la niñez, o en la juventud, o en la senectud, o en la edad decrépita.

Ibi etiam fulgent omnes flores Filii mei, videlicet patriarchae et prophetae qui ante incarnationem ipsius fuerunt, et apostoli qui cum eo in saeculo conversati sunt, ac martyres, confessores, virgines, viduae, qui omnes fideliter illum imitati sunt, et illi qui Ecclesiae meae tam in saecularibus quam in spiritualibus praepositi fuerunt, nec non anachoretae et monachi, qui in castigatione et mortificatione carnis suae propter nomen Filii mei se viles fecerunt, quod et in vestitu suo, cum magna humilitate et charitate angelicum ordinem imitantes, ostenderunt. Sed qui me ideo in contemplativa vita quaerunt, quia dicunt haec vita gloriosior est quam illa, ante me quasi nihilum est; sed qui me quaerit in humilitate in ea conversatione quae inspiratione Spiritus sancti data est, hunc in coelesti patria in prioribus locis exaltabo.

Deinde coeli laudes suas iterum in silentio continent, cum Filius Dei judicialem sententiam et ad justos et ad injustos profert: auscultantes cum reverentia honoris, quomodo illos dijudicet cum blande justis superna gaudia tribuit, et cum terribiliter injustos ad infernales poenas mittit. Sed ibi nec excusationes nec interrogatio operationum suarum major erit; quam quod ibi conscientiae hominum et bonorum et malorum nudae et apertae sunt. Justi autem qui ibi verba aequissimi judicis percipiunt, plurima quidem opera justitiae fecerunt; sed tamen ea in plenitudine perfectionis dum in saeculo viverent non habuerunt, unde et nunc in eis dijudicandi sunt. Injusti vero qui judicialem severitatem ibi in se sentiunt; mala quidem facta perpetraverunt, sed tamen ea non in ignorantia divinae majestatis quod est in iniquitate praejudicatae damnationis infidelitatis egerunt, et ideo sententiam ipsius judicis ibi non effugient, quoniam omnia aequo pondere ponderanda sunt.

Illi autem qui in fide signati non sunt, quoniam ipsi in Deum non crediderunt; in parte aquilonis, id est perditionis cum diabolica turba interim tardant, nec ad hoc judicium perveniunt; sed tamen illud in obumbratione videntes, finemque ejus praestolantes intra se multum gemunt; quoniam ipsi in infidelitate perdurantes, verum Deum non cognoverunt, quia ipsi nec ante baptismum vivum Deum in Veteri Testamento coluerunt, nec sub Evangelio remedium baptismatis susceperunt; sed in maledictione casus Adae perseveraverunt, damnationis poenas habentes. Unde et in infidelitate scelerum suorum jam judicati inveniuntur.

Sicque judicio finito, terrores elementorum, et fulgura, tonitrua, et venti in tempestatibus cessant, et omne quod caducum et transitorium est dilabitur, nec amplius apparebit, velut nix esse desinit quae a calore solis liquescit, maxima quiete tranquillitatis divina dispensatione ita exorta.

Allí también brillan todas las flores de mi Hijo, a saber, los patriarcas y profetas que fueron antes de su encarnación, y los apóstoles que con él conversaron en el mundo, así como los mártires, confesores, vírgenes y viudas, quienes todos fielmente le imitaron, y aquellos que estuvieron al frente de mi Iglesia tanto en lo secular como en lo espiritual, y también los anacoretas y monjes, que en la castigación y mortificación de su carne por el nombre de mi Hijo se hicieron viles, lo cual mostraron también en su vestimenta, imitando el orden angélico con gran humildad y caridad. Pero quien me busca en la vida contemplativa por eso, porque dicen que esta vida es más gloriosa que aquella, ante mí es casi nada; pero a quien me busca en la humildad en aquella conversación que fue dada por la inspiración del Espíritu Santo, a este lo exaltaré en la patria celestial en los primeros lugares.

Luego los cielos contienen de nuevo sus alabanzas en silencio, cuando el Hijo de Dios profiere la sentencia judicial tanto a los justos como a los injustos: escuchando con reverencia de honor cómo los juzga cuando suavemente otorga los gozos celestiales a los justos, y cuando terriblemente envía a los injustos a las penas infernales. Pero allí ni las excusas ni la interrogación de sus operaciones serán mayores; sino que allí las conciencias de los hombres, tanto de los buenos como de los malos, están desnudas y abiertas. Los justos, sin embargo, que allí perciben las palabras del juez equitativísimo, ciertamente hicieron muchísimas obras de justicia; pero no obstante no las tuvieron en la plenitud de la perfección mientras vivían en el mundo, por lo cual también ahora han de ser juzgados en ellas. Pero los injustos que allí sienten en sí la severidad judicial, ciertamente perpetraron malas acciones; pero no obstante no las hicieron en ignorancia de la divina majestad, que está en la iniquidad de la condenación prejuiciada de la infidelidad, y por tanto no escaparán allí de la sentencia del mismo juez, puesto que todas las cosas han de ser ponderadas con igual peso.

Pero aquellos que no están marcados en la fe, porque ellos mismos no creyeron en Dios, tardan ínterin en la parte del norte —esto es, de la perdición— con la turba diabólica, y no llegan a este juicio; pero no obstante viéndolo en la obumbración y esperando su fin, gimen mucho en su interior. Porque ellos mismos, persistiendo en la infidelidad, no conocieron al Dios verdadero; porque ellos ni antes del bautismo adoraron al Dios vivo en el Antiguo Testamento, ni bajo el Evangelio recibieron el remedio del bautismo, sino que perseveraron en la maldición de la caída de Adán, teniendo las penas de la condenación. Por lo cual también en la infidelidad de sus crímenes ya se encuentran juzgados.

Y así finalizado el juicio, cesan los terrores de los elementos —los relámpagos, truenos y vientos en las tempestades—, y todo lo que es caduco y transitorio se deshace, ni aparecerá más, como deja de ser la nieve que se licua por el calor del sol, surgida así por divina dispensación una máxima quietud de tranquilidad.

Et sic electi splendorem aeternitatis habentes, una cum capite suo, scilicet Filio meo, et cum glorioso coelesti exercitu in magna gloria coelestia gaudia petunt: et reprobi una cum diabolo et cum angelis ejus ad aeterna supplicia in multa contritione tendunt ubi aeternam mortem sibi praeparatam aeternaliter vident; quia magis concupiscentias suas quam praecepta mea secuti sunt. Et sic coelum electos in gloriam aeternitatis recipit, quoniam ipsi dominatorem coelorum dilexerunt, et infernus reprobos absorbet, quia diabolum non adjecerunt, ita omnium gaudiorum tantis laudibus in coelesti gloria resonantibus, et omnium gemituum tantis ululatibus in inferno exortis, ultra quam humanus intellectus capere valeat; quoniam illi vitam aeternam possident, et isti mortem aeternam habent, quemadmodum in Evangelio Filius meus loquitur, dicens: Et ibunt hi in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam. (Matth. XXV.) Hoc tale est: Qui in lenocinio omnium malorum fetent, nec sitiunt quod justum est haurire in summa bonitate: per iter infidelitatis et nequitiae suae in poenas aeternae perditionis dimerguntur, secundum opera sua infernalia tormenta recipientes. Aedificatores vero coruscationis coelestis Hierusalem qui portis filiae Sion fideliler instant, fulgebunt in luce vitae aeternae: quam castissima virgo in fecunditate virginitatis suae credentibus mirabiliter attulit.

Et ut vides elementa in maxima claritate et pulchritudine his omnibus pactis fulgebunt: omni videlicet impedimento nigredinis et sordis ablato. Nam ignis sine fervore tunc ut aurora rutilabit, et aer absque spissitudine purissimus fulgebit, et aqua sine impetu effusionis et submersionis perspicua et lenis stabit, et terra absque omni fragilitate et inaequalitate fortissima et planissima apparebit, his omnibus in magnam tranquillitatem ac pulchritudinem translatis. Sed et sol et luna ac stellae, velut pretiosissimi lapides in auro, ita etiam in firmamento multa claritate et maximo fulgore rutilabunt, nec ultra inquietudinem circumvolutionis suae ad diem discernendum a nocte habebunt, quia finito mundo jam in immutabilitate sunt; itaque et nullae tenebrae noctis amodo apparebunt, quoniam tunc dies indeficiens est, ut etiam Joannes dilectus meus testatur dicens: Et nox ultra non erit, et non egebunt lumine lucernae, neque solis: quoniam Dominus Deus illuminabit illos (Apoc. XXII). Hoc tale est: Qui thesaurum habet, eum interdum subtrahit, interdum etiam emittit: sicut et nox lumen celat, et ut dies tenebras fugat, homini lumen afferens. Ita non erit in immutatione temporum, quia tunc noctis umbra fugabitur, itaque tenebrae noctis amodo non apparebunt, quia etiam et mutatio illa, jam non egebit lumine illo, quod sibi homines incendunt umbras tenebrarum expellentes.

Y así los elegidos, teniendo el esplendor de la eternidad junto con su cabeza —a saber, mi Hijo— y con el glorioso ejército celestial, buscan en gran gloria los gozos celestiales; y los réprobos, junto con el diablo y con sus ángeles, tienden a los suplicios eternos en mucha contrición, donde ven eternamente la muerte eterna preparada para ellos, porque siguieron más sus concupiscencias que mis preceptos. Y así el cielo recibe a los elegidos en la gloria de la eternidad, porque ellos amaron al dominador de los cielos, y el infierno absorbe a los réprobos, porque no rechazaron al diablo; resonando así tantas alabanzas de todos los gozos en la gloria celestial, y surgiendo tantos aullidos de todos los gemidos en el infierno, más allá de lo que el intelecto humano pueda captar. Porque aquellos poseen la vida eterna, y estos tienen la muerte eterna, tal como mi Hijo habla en el Evangelio, diciendo: "E irán estos al suplicio eterno, y los justos a la vida eterna" (Mat. 25). Esto es como sigue: Quienes hieden en el lenocinio de todos los males, ni tienen sed de beber lo que es justo en la suma bondad, por el camino de su infidelidad y maldad se sumergen en las penas de la perdición eterna, recibiendo tormentos infernales según sus obras. Pero los edificadores del fulgor de la celestial Jerusalén, que insisten fielmente en las puertas de la hija de Sión, brillarán en la luz de la vida eterna, la cual la virgen castísima, en la fecundidad de su virginidad, trajo maravillosamente a los creyentes.

Y como ves, los elementos brillarán con la máxima claridad y belleza una vez pactadas todas estas cosas; a saber, habiendo sido quitado todo impedimento de negrura y suciedad. Pues el fuego sin ardor rojeará entonces como la aurora, y el aire sin espesura brillará purísimo, y el agua sin el ímpetu de la efusión y sumersión permanecerá transparente y suave, y la tierra sin ninguna fragilidad ni desigualdad aparecerá fortísima y planísima, habiendo sido trasladadas todas estas cosas a una gran tranquilidad y belleza. Pero también el sol, la luna y las estrellas —como piedras preciosísimas en oro — rojearán en el firmamento con mucha claridad y máximo fulgor; ni tendrán ya más la inquietud de su circunvolución para discernir el día de la noche, porque, acabado el mundo, ya están en la inmutabilidad. Por tanto, ninguna tiniebla de la noche aparecerá de ahora en adelante, puesto que entonces el día es indeficiente, como también mi amado Juan testifica diciendo: "Y no habrá más noche, y no necesitarán luz de lámpara ni del sol; porque el Señor Dios los iluminará" (Apoc. 22). Esto es como sigue: Quien tiene un tesoro, a veces lo retira y a veces también lo muestra; así como la noche oculta la luz, y como el día ahuyenta las tinieblas, trayendo la luz al hombre. Así no será en la mutación de los tiempos, porque entonces la sombra de la noche será ahuyentada, por lo cual las tinieblas de la noche no aparecerán de ahora en adelante, porque también aquella mutación ya no necesitará aquella luz que los hombres encienden para sí para expulsar las sombras de las tinieblas.

Nec etiam mutabilitatem sol tunc amplectetur, qui modo continet tempora quae in umbra habentur; quoniam tunc dies sine ulla mutatione erit, quia tunc etiam dominator omnium claritate divinitatis suae quam nulla mutabilitas offuscat, illuminat eos qui in saeculo tenebras sua gratia effugerunt. Qui autem acutas aures interioris intellectus habet, hic in ardente amore speculi mei, ad verba haec anhelet, et ea in conscientia animi sui conscribat.

VISIO TERTIADECIMA.

SUMMARIUM.---Symphonia de sancta Maria. De novem ordinibus supernorum spirituum. De patriarchis et prophetis. De apostolis. De martyribus. De confessoribus. De virginibus. Vox harmoniae in querelis de revocatis ad eosdem gradus. In hortatione virtutum et in contradictione diabolicarum artium. Quod de ineffabili gratia sua, corde et ore Deus incessabiliter laudandus est. Quod symphonia in unanimitate et concordia proferenda est. Quod verbum corpus, symphonia autem spiritum, et harmonia divinitatem, verbum vero humanitatem Filii designat. Quod per symphoniam rationalitatis, torpens anima excitatur ad vigilandum. Quod symphonia dura corda emollit et humorem compunctionis inducit et Spiritum sanctum advocat. Quod fidelis omni devotione incessanter jubilare debet. Verba David de eadem re.

Deinde vidi lucidissimum aerem, in quo audivi in omnibus praedictis significationibus mirabili modo diversum genus musicorum in laudibus civium supernorum gaudiorum, in via veritatis fortiter perseverantium, ac in querelis revocatorum ad laudes eorumdem gaudiorum et in exhortatione virtutum se exhortantium ad salutem populorum, quibus diabolicae insidiae repugnant; sed ipsae virtutes eas opprimunt, ita tamen quod sic fideles homines tandem a peccatis ad superna per poenitentiam transeunt. Et sonus ille ut vox multitudinis in laudibus de supernis gradibus in harmonia symphonizans, sic dicebat: O splendidissima gemma, screnum decus solis tibi infusum est, fons saliens de corde Patris, qui est unicum Verbum ejus per quod creavit mundi primam materiam; quam Eva turbavit: hoc verbum fabricavit in te hominem, et es illa lucida gemma, a qua ipsum verbum eduxit omnes virtutes, quemadmodum in prima materia omnes protulit creaturas. O tu suavissima virga frondens de stirpe Jesse, o quam magna virtus est quod divinitas in pulcherrimam filiam aspexit, sicut aquila in solem oculum suum figit, cum supernus Pater claritatem virginis attendit, quando verbum suum in ipsa incarnari voluit. Nam in mystico mysterio Dei illustrata mente virginis, mirabiliter clarus flos ex ipsa virgine prodiit.

Ni tampoco el sol abrazará entonces la mutabilidad, que ahora contiene los tiempos que se tienen en la sombra; puesto que entonces el día será sin mutación alguna, porque entonces también el dominador de todos ilumina con la claridad de su divinidad —que ninguna mutabilidad oscurece— a aquellos que en el mundo huyeron de las tinieblas por su gracia. Quien tenga oídos agudos de intelecto interior, que anhele estas palabras en el ardiente amor de mi espejo, y las escriba en la conciencia de su alma.

Visión D

ECIMOTERCERA

SUMARIO — Sinfonía de Santa María. De los nueve órdenes de los espíritus celestiales. De los patriarcas y profetas. De los apóstoles. De los mártires. De los confesores. De las vírgenes. La voz de la armonía en las querellas sobre los revocados a los mismos grados. En la exhortación de las virtudes y en la contradicción de las artes diabólicas. Que por su inefable gracia, Dios ha de ser alabado incesantemente con el corazón y la boca. Que la sinfonía ha de ser proferida en unanimidad y concordia. Que la palabra designa el cuerpo, la sinfonía el espíritu, y la armonía la divinidad, mientras que la palabra la humanidad del Hijo. Que por la sinfonía de la racionalidad, el alma aletargada es excitada a vigilar. Que la sinfonía ablanda los corazones duros e induce el humor de la compunción y convoca al Espíritu Santo. Que el fiel debe jubilar incesantemente con toda devoción. Palabras de David sobre el mismo asunto.

Entonces vi un aire lucidísimo, en el cual oí en todas las sobredichas significaciones, de modo admirable, un diverso género de músicos en las alabanzas de los ciudadanos de los goces celestiales, perseverando fuertemente en el camino de la verdad, y en las querellas de los revocados a las alabanzas de los mismos goces, y en la exhortación de las virtudes exhortándose a la salvación de los pueblos, a los cuales las insidias diabólicas se oponen; pero las mismas virtudes las oprimen, de tal modo sin embargo que así los hombres fieles pasan por fin de los pecados a lo celestial por la penitencia. Y aquel sonido, como voz de multitud en las alabanzas de los grados celestiales, sinfonizando en armonía, decía así: Oh esplendidísima gema, el sereno decoro del sol te ha sido infundido, fuente que salta del corazón del Padre, que es su único Verbo por el cual creó la materia prima del mundo; la cual Eva turbó: este verbo fabricó en ti al hombre, y eres aquella lúcida gema de la cual el mismo verbo extrajo todas las virtudes, del mismo modo que en la materia prima produjo todas las criaturas. Oh tú, suavísima vara frondosa de la estirpe de Jesé, oh cuán grande virtud es que la divinidad mirara a la hermosísima hija, como el águila fija su ojo en el sol, cuando el Padre celestial atendió a la claridad de la virgen, cuando quiso que su verbo se encarnara en ella. Pues en el místico misterio de Dios, ilustrada la mente de la virgen, maravillosamente salió de la misma virgen una clara flor.

Et iterum dixit: o gloriosissima lux vivens, angeli qui infra divinitatem divinos oculos cum mystica obscuritate omnis creaturae aspicitis in ardentibus desideriis, unde nunquam potestis satiari! O quam gloriosa gaudia illa vestra habet forma, quae in vobis est intacta ab omni pravo opere, quod primum ortum est in vestro socio perdito angelo, qui volare voluit supra intrinsecus latens pinnaculum Dei. Unde ipse tortuosus demersus est in ruinam, sed ipsius instrumenta casus suggestionis ejus concilium facturae digiti Dei instituit. Nam, o vos angeli, qui custoditis populos, quorum forma fulget in facie vestra, et o vos archangeli, qui animas justorum suscipitis, et vos virtutes, potestates, principatus, dominationes, et throni, qui estis computati in quintum secretum numerum, et o vos cherubim et seraphim, sigillum secretorum Dei, sit laus vobis, qui loculum antiqui cordis in fonte aspicitis. Videtis enim interiorem vim Patris, quae de corde illius spirat quasi facies.

Itemque dicebat: O spectabiles viri qui pertransistis occulta aspicientes per oculos spiritus, et annuntiantes in lucida umbra acutam et viventem lucem in virga geminantem, quae sola floruit de introitu radicantis luminis, vos antiqui sancti praedixistis salvationem exsulum animarum quae immersae fuerant morti, qui circuistis ut rotae, mirabiliter loquentes mystica montis qui coelum tangit pertransiens ungendo multas aquas, cum etiam inter vos surrexit lucida lucerna, quae ipsum montem praecurrens illuminat. O vos felices radices, cum quibus opus miraculorum et non opus criminum per torrens iter perspicuae umbrae plantatum est! et o tu ruminans ignea vox praecurrens limantem lapidem subvertentem abyssum, gaudete in capite vestro. Gaudete in illo, quem non viderunt in terris multi, qui ipsum ardenter vocaverunt.

Et iterum dixit: O cohors militiae floris virgae non spinatae, tu sonus orbis terrae circuiens regiones insanorum sensuum, epulantium cum porcis, quos expugnasti per infusum adjutorem ponentis radices in tabernacula pleni operis verbi Patris, tu etiam nobilis es gens Salvatoris, intrans viam regenerationis aquae per agnum, qui te misit in gladio inter saevissimos canes, qui suam gloriam destruxerunt in operibus digitorum suorum, statuentes non manufactum in subjectionem manuum suarum, in qua non invenerunt eum.

Y de nuevo dijo: ¡Oh gloriosísima luz viviente, ángeles que bajo la divinidad miráis con divinos ojos con la mística oscuridad de toda criatura en ardientes deseos, de donde nunca podéis saciaros! Oh qué gloriosos goces tiene aquella forma vuestra, que está en vosotros intacta de toda obra depravada, la cual primero surgió en vuestro socio, el ángel perdido, que quiso volar sobre el pináculo de Dios que late intrínsecamente. De donde él, tortuoso, fue sumergido en la ruina, pero los instrumentos de la caída de su sugestión instituyeron el consejo de la hechura del dedo de Dios. Pues, oh vosotros ángeles, que custodiáis a los pueblos, cuya forma brilla en vuestro rostro, y oh vosotros arcángeles, que recibís las almas de los justos, y vosotros virtudes, potestades, principados, dominaciones y tronos, que sois contados en el quinto número secreto, y oh vosotros querubines y serafines, sello de los secretos de Dios, sea la alabanza a vosotros, que miráis el lóculo del antiguo corazón en la fuente. Pues veis la fuerza interior del Padre, que de su corazón espira como un rostro.

Y asimismo decía: Oh hombres espectables que atravesasteis lo oculto mirando por los ojos del espíritu, y anunciando en la lúcida sombra la aguda y viviente luz geminando en la vara, la cual sola floreció del ingreso de la luz que echa raíces, vosotros antiguos santos predijisteis la salvación de las almas exiliadas que habían sido sumergidas en la muerte, que disteis vueltas como ruedas, hablando maravillosamente los misterios del monte que toca el cielo atravesando y ungiendo muchas aguas, cuando también entre vosotros surgió la lúcida lámpara, que precediendo ilumina el mismo monte. ¡Oh vosotras felices raíces, con las cuales la obra de los milagros y no la obra de los crímenes fue plantada por el torrencial camino de la transparente sombra! y oh tú, rumiante voz ígnea que precede a la piedra que lima subvirtiendo el abismo, alegraos en vuestro jefe. Alegraos en aquel a quien muchos no vieron en la tierra, quienes ardientemente le llamaron.

Y de nuevo dijo: Oh cohorte de la milicia de la flor de la vara no espinosa, tú sonido del orbe de la tierra que rodeas las regiones de los sentidos insanos, banqueteando con los cerdos, a quienes expulsaste por el infundido ayudante del que pone raíces en los tabernáculos de la plena obra del verbo del Padre, tú también eres la noble estirpe del Salvador, entrando en el camino de la regeneración del agua por el cordero, que te envió con la espada entre los perros saquísimos, que destruyeron su gloria en las obras de sus dedos, estableciendo lo no manufacturado en la sujeción de sus manos, en la cual no le encontraron.

Nam, o lucidissima apostolorum turba, surgens in vera agnitione et aperiens clausuram magisterii diaboli, abluendo captivos in fonte viventis aquae, tu es clarissima lux in nigerrimis tenebris, fortissimumque genus columnarum sponsam Agni sustentans, in omnibus ornamentis ipsius, per cujus gaudium, ipsa mater et virgo prima est vexillifera. Agnus enim immaculatus est sponsus: et sponsa ejus immaculata. Itemque dicebat:

O victoriosissimi triumphatores, qui in effusione sanguinis vestri salutantes aedificationem Ecclesiae intrastis sanguinem Agni, epulantes cum vitulo occiso! O quam magnam mercedem habetis, quia corpora vestra viventes despexistis, imitantes agnum Dei, ornantes poenam ejus, in qua vos introduxit in restaurationem haereditatis. Vos flores rosarum qui in effusione sanguinis vestri beati estis in maximis gaudiis, redolentibus et sudantibus in emptione quae fluxit de interiori mente consilii, manentibus ante aevum in illo, in quo non erat constitutio, a capite sit honor in consortio vestro: qui estis instrumentum Ecclesiae, et qui in vulneribus vestri sanguinis undastis abunde.

Et iterum dixit: O successores fortissimi leonis, inter templum et altare dominantes in ministratione ejus, sicut angeli sonant in laudibus, et sicut adsunt populis in adjutorio, vos estis inter illos qui haec faciunt semper in officio Agni curam habentes. O vos imitatores excelsae personae in pretiosissima et gloriosissima significatione, o quam magnus est vester ornatus, ubi homo procedit solvens et stringens in Deo pigros et peregrinos, etiam ornans candidos et nigros, et magna onera remittens. Nam et angelici ordinis officia habetis: et fortissima fundamenta praescitis ubicunque constituenda sunt, unde magnus est vester honor.

Itemque dicebat: O pulchrae facies Deum aspicientes, et in aurora aedificantes. O beatae virgines, quam nobiles estis, in quibus rex se consideravit, cum in vobis omnia coelestia ornamenta praesignavit, ubi etiam suavissimus hortus estis in omnibus ornamentis redolentes. O nobilissima viriditas quae radicas in sole et quae in candida serenitate luces in rota, quam nulla terrena excellentia comprehendit: tu circumdata es amplexibus divinorum mysteriorum. Tu rubes ut aurora, et ardes ut solis flamma.

Pues, oh lucidísima turba de los apóstoles, surgiendo en el verdadero conocimiento y abriendo la clausura de la maestría del diablo, lavando a los cautivos en la fuente del agua viva, tú eres la clarísima luz en las negrísimas tinieblas, y el fortísimo género de columnas que sustenta a la esposa del Cordero, en todos sus ornamentos, por cuyo gozo, la misma madre y virgen es la primera portaestandarte. Pues el Cordero inmaculado es el esposo: y su esposa es inmaculada. Y asimismo decía:

¡Oh victoriosísimos triunfadores, que en la efusión de vuestra sangre saludando la edificación de la Iglesia entrasteis en la sangre del Cordero, banqueteando con el becerro inmolado! Oh cuán grande recompensa tenéis, porque viviendo despreciasteis vuestros cuerpos, imitando al Cordero de Dios, adornando su pena, en la cual os introdujo en la restauración de la herencia. Vosotras, flores de rosas, que en la efusión de vuestra sangre sois bienaventuradas en los máximos goces, fragantes y sudorosas en la compra que fluyó de la mente interior del consejo, permaneciendo antes de los siglos en aquel en quien no había constitución, sea el honor desde la cabeza en vuestro consorcio: quienes sois el instrumento de la Iglesia, y quienes en las llagas de vuestra sangre manasteis abundantemente.

Y de nuevo dijo: Oh sucesores del fortísimo león, dominando entre el templo y el altar en su ministración, así como los ángeles suenan en las alabanzas, y como asisten a los pueblos en el auxilio, vosotros estáis entre aquellos que hacen estas cosas siempre teniendo cuidado en el oficio del Cordero. Oh vosotros imitadores de la excelsa persona en la preciosísima y gloriosísima significación, oh cuán grande es vuestro ornato, donde el hombre procede soltando y atando en Dios a los perezosos y a los peregrinos, también adornando a los blancos y a los negros, y remitiendo grandes cargas. Pues también tenéis los oficios del orden angélico: y preveis los fortísimos fundamentos dondequiera que han de ser establecidos, por lo cual grande es vuestro honor.

Y asimismo decía: Oh hermosos rostros que miráis a Dios, y edificáis en la aurora. Oh bienaventuradas vírgenes, cuán nobles sois, en quienes el rey se consideró, cuando en vosotras prefiguró todos los ornamentos celestiales, donde también sois un suavísimo huerto fragante en todos los ornamentos. Oh nobilísimo verdor que echas raíces en el sol y que en blanca serenidad luces en la rueda, al cual ninguna excelencia terrena comprende: tú estás rodeado por los abrazos de los divinos misterios. Tú te enrojeces como la aurora, y ardes como la llama del sol.

Et iterum sonus ille, ut vox multitudinis in querelis de revocandis ad eosdem gradus in harmonia, sic querebatur, dicens: O plangens vox est haec maximi doloris. Ah! ah! quaedam mirabilis victorya in mirabili desiderio Dei surrexit; in qua delectatio carnis se latenter abscondit. Heu! heu! ubi voluntas crimina nescivit, et ubi desiderium hominis lasciviam fugit, quia tam pauci ad te veniunt. Luge, luge ergo in his innocentia; quae in pudore bono integritatem non amisisti, et quae avaritiam gutturis antiqui serpentis ibi non devorasti, quia tam negligenter homines te attendunt. O vivens fons, quam magna est suavitas tua, qui faciem istorum in te non amisisti; sed acute praevidisti quomodo eos de angelico casu abstraheres, qui se aestimabant illud habere, quod non licet sic stare. Unde: Gaude, filia Sion, quia Deus tibi multos reddit, quos serpens de te abscindere voluit, qui nunc in majori luce fulgent quam prius illorum causa fuisset. Vivens enim lux de his dicit: Tortuosum serpentem scandalizavi in sua suggestione, quae non ita plena fuerat sicut ille existimabat. Unde juravi per me ipsum, quod in his causis feci amplius et amplius, quam in eis. O serpens tuum gaudium proderet, quia in tua suggestione amputavi: quod nunquam inventum est in tua saevitia, o turpissime illusor.

Nos virtutes in Deo sumus, et in Deo manemus: Regi regum militamus, et malum a bono separamus. Nam in primo agone apparuimus, ubi victrices exstitimus: dum ille corruit, qui super se volare voluit. Ergo et nunc militemus, illis qui nos invocant subvenientes, et diabolicas artes calcantes: et eos qui nos imitari voluerint ad beatas mansiones perducentes.

QUERELAE ANIMARUM IN CARNE POSITARUM. O nos peregrinae sumus. Quid fecimus, ad peccata deviantes? Filiae regis esse debuimus, sed in umbram peccatorum cecidimus. O vivens sol, porta nos in humeris tuis in justissimam haereditatem, quam in Adam perdidimus. O Rex regum, in tuo praelio pugnamus.

INVOCATIO FIDELIS ANIMAE. O dulcis divinitas, et o suavis vita, in qua perferam vestem praeclaram, illud accipiens quod perdidi in prima apparitione: ad te suspiro, et omnes virtutes invoco.

RESPONSUM VIRTUTUM. O felix anima et o dulcis creatura Dei, quae aedificata es in profunda altitudine sapientiae Dei, multum amas.

FIDELIS ANIMA. O libenter veniam ad vos, ut praebeatis mihi osculum cordis.

VIRTUTES. Nos debemus militare tecum, o filia regis.

FID. A. O gravis labor et o durum pondus quod sustineo in veste hujus vitae, quia nimis grave mihi est contra carnem pugnare.

Y de nuevo aquel sonido, como voz de multitud en las querellas sobre los que han de ser revocados a los mismos grados en armonía, así se querellaba diciendo: Oh voz plañidera es esta de máximo dolor. ¡Ah! ¡ah! una cierta admirable victoria en el admirable deseo de Dios surgió; en la cual la delectación de la carne se escondió latente. ¡Ay! ¡ay! donde la voluntad no conoció crímenes, y donde el deseo del hombre huyó de la lascivia, porque tan pocos vienen a ti. Llora, llora pues en estos, Inocencia; tú que en el buen pudor no perdiste la integridad, y que no devoraste allí la avaricia de la garganta de la antigua serpiente, porque tan negligentemente los hombres te atienden. Oh fuente viva, cuán grande es tu suavidad, tú que no perdiste el rostro de estos en ti; sino que agudamente preveiste cómo los abstraerías de la caída angélica, quienes se estimaban tener aquello que no es lícito que esté así. Por lo cual: Alégrate, hija de Sión, porque Dios te devuelve a muchos a quienes la serpiente quiso arrancar de ti, que ahora brillan con mayor luz que la que antes habría sido su causa. Pues la luz viva dice de estos: Escandalicé a la tortuosa serpiente en su sugestión, la cual no había sido tan plena como él pensaba. Por lo cual juré por mí mismo, que en estas causas hice más y más que en ellos. Oh serpiente, tu gozo te traicionaría, porque en tu sugestión amputé lo que nunca se encontró en tu saña, oh turpísimo iluso.

Nosotras las virtudes estamos en Dios, y en Dios permanecemos: Militamos para el Rey de reyes, y separamos el mal del bueno. Pues en el primer certamen aparecimos, donde salimos victoriosas: mientras caía aquel que quiso volar sobre sí mismo. Por tanto también ahora militemos, subveniendo a aquellos que nos invocan, y pisoteando las artes diabólicas: y conduciendo a las bienaventuradas mansiones a aquellos que quisieren imitarnos.

QUERELAE DE LAS ALMAS PUESTAS EN LA CARNE. Oh nosotras somos peregrinas. ¿Qué hemos hecho, desviándonos hacia los pecados? Hijas del rey debimos ser, pero caímos en la sombra de los pecados. Oh sol viviente, llévanos sobre tus hombros a la justísima herencia que perdimos en Adán. Oh Rey de reyes, en tu batalla luchamos.

INVOCACIÓN DE UNA ALMA FIEL. Oh dulce divinidad, y oh suave vida, en la cual llevaré la vestidura preclara, recibiendo aquello que perdí en la primera aparición: por ti suspiro, y a todas las virtudes invoco.

RESPUESTA DE LAS VIRTUDES. Oh feliz alma y oh dulce criatura de Dios, que has sido edificada en la profunda altura de la sabiduría de Dios, amas mucho.

ALMA FIEL. Oh de buena gana vendré a vosotras, para que me deis el beso del corazón.

VIRTUDES. Nosotras debemos militar contigo, oh hija del rey.

ALMA FIEL. Oh grave trabajo y oh dura carga la que sostengo en la vestidura de esta vida, porque demasiado grave me es luchar contra la carne.

VIRT. O anima voluntate Dei constituta, et o felix instrumentum: quare tam debilis es contra hoc, quod Deus contrivit in virginea natura? Tu debes in nobis superare diabolum.

FID. A. Succurrite, me adjuvando, ut valeam consistere.

SCIENTIA DEI. Vide quid illud sit quo es induta, filia salvationis, et esto stabilis et nunquam cades.

FID. A. O nescio quid faciam, aut ubi fugiam? O vae mihi non possum perficere id quo sum induta! Certe illud volo abjicere.

VIRT. O infelix conscientia, o misera anima; quare abscondis faciem tuam coram tuo Creatore?

SCIENTIA DEI. Tu nescis, nec vides, nec sapis illum qui te constituit.

FID. A. Deus creavit mundum, non facio illi injuriam si volo uti illo.

DIABOLUS. Fatua, fatua, quid prodest tibi laborare? Respice mundum et amplectetur te magno honore.

VIRT. Heu! heu! nos virtutes plangamus et lugeamus, quia ovis Domini fugit vitam.

HUMILITAS. Ego humilitas, regina virtutum, dico: Venite ad me, omnes virtutes, et enutriam vos ad requirendam perditam drachmam et ad eam coronandam in perseverantia felicem.

VIRT. O gloriosa regina et o suavissima mediatrix, libenter veniemus.

HUMIL. Ideo dilectissimae filiae, teneo vos in regali thalamo. O filiae Israel, sub arbore suscitavit vos Deus, unde in hoc tempore recordamini plantationis ejus. Gaudete ergo, filiae Sion.

DIABOLUS. Quae est haec potestas, quod nullus sit praeter Deum? Ego autem dico: Qui voluerit me et voluntatem meam sequi, dabo illi omnia; tu vero cum tuis sequacibus nihil habes quod dare possis, quia etiam vos omnes nescitis quid sitis.

HUMIL. Ego cum meis sodalibus bene scio quod tu es ille antiquus draco, qui super summum volare voluisti, sed ipse Deus in profundum te praecipitavit abyssi.

VIRT. Nos autem omnes in excelsis habitamus.

FID. A. O vos regales virtutes, quam speciosae et quam fulgentes estis in summo sole, et quam dulcis est vestra mansio; et ideo o vae mihi, quia a vobis fugi.

VIRT. O fugitiva, veni, veni ad nos, et Deus suscipiet te.

FID. A. Ah! ah! fervens delectatio absorbuit me in peccatis, et ideo ad vos non ausa sum intrare.

VIRTUDES. Oh alma constituida por la voluntad de Dios, y oh feliz instrumento: ¿por qué eres tan débil contra esto, que Dios trituró en la naturaleza virginal? Tú debes en nosotras superar al diablo.

ALMA FIEL. Socorredme, ayudándome, para que pueda mantenerme firme.

CIENCIA DE DIOS. Mira qué es aquello de lo que estás vestida, hija de la salvación, y sé estable y nunca caerás.

ALMA FIEL. ¡Oh, no sé qué hacer, o adónde huir! ¡Oh, ay de mí, no puedo perfeccionar aquello de lo que estoy vestida! Ciertamente quiero arrojarlo.

VIRTUDES. Oh infeliz conciencia, oh mísera alma; ¿por qué escondes tu rostro ante tu Creador?

CIENCIA DE DIOS. Tú no conoces, ni ves, ni saboreas a aquel que te constituyó.

ALMA FIEL. Dios creó el mundo, no le hago injuria si quiero usarlo.

EL DIABLO. ¡Necia, necia! ¿Qué te aprovecha trabajar? Mira al mundo y te abrazará con gran honor.

VIRTUDES. ¡Ay! ¡ay! nosotras las virtudes plangamos y lloremos, porque la oveja del Señor huye de la vida.

HUMILDAD. Yo, la Humildad, reina de las virtudes, digo: Venid a mí, todas las virtudes, y os nutriré para requerir la dracma perdida y para coronarla feliz en la perseverancia.

VIRTUDES. Oh gloriosa reina y oh suavísima mediadora, de buena gana vendremos.

HUMILDAD. Por tanto, dilectísimas hijas, os tengo en el tálamo regio. Oh hijas de Israel, bajo el árbol os suscitó Dios, por lo cual en este tiempo acordaos de su plantación. Alegraos pues, hijas de Sión.

¿Qué potestad es esta, que no haya nadie fuera de Dios? Pero yo digo: Quien quisiere seguirme a mí y a mi voluntad, le daré todas las cosas; tú en verdad con tus secuaces no tienes nada que puedas dar, porque también todos vosotros no sabéis qué sois.

HUMILDAD. Yo con mis compañeras bien sé que tú eres aquel antiguo dragón, que quisiste volar sobre lo sumo, pero Dios mismo te precipitó en lo profundo del abismo.

VIRTUDES. Nosotras, sin embargo, todas habitamos en lo excelso.

ALMA FIEL. Oh vosotras regales virtutes, cuán hermosas y cuán fulgurantes sois en lo sumo del sol, y cuán dulce es vuestra mansión; y por eso oh ay de mí, porque de vosotras hui.

VIRTUDES. Oh fugitiva, ven, ven a nosotras, y Dios te recibirá.

ALMA FIEL. ¡Ah! ¡ah! la ferviente delectación me absorbió en los pecados, y por eso no me he atrevido a entrar a vosotras.

VIRT. Noli timere nec fugere, quia pastor bonus quaerit in te perditam ovem suam.

FID. A. Nunc est mihi necesse ut suscipiatis me, quoniam in vulneribus feteo, quibus antiquus serpens me contaminavit.

VIRT. Curre ad nos, et sequere vestigia illa, in quibus nunquam cades in societate nostra, et Deus curabit te.

FID. A. Ego peccatrix quae fugi vitam plena ulceribus veniam ad vos, ut praebeatis mihi scutum redemptionis.

VIRT. O anima fugitiva, esto robusta, et indue te arma lucis.

FID. A. O omnis militia reginae virtutum, et o vos candida lilia ejus cum rosea purpura, inclinate vos ad me, quia peregrina a vobis exsulavi, et adjuvate me, ut in sanguine Filii Dei possim resurgere. Et o vera medicina humilitas, praebe mihi auxilium; quia superbia in multis vitiis multas cicatrices mihi imponens vulneravit me. Nunc fugio ad te, et ideo suscipe me.

HUMIL. O omnes virtutes, suscipite lugentem peccatricem in suis cicatricibus propter vulnera Christi, et perducite eam ad me.

VIRT. Volumus te reducere, et nolumus te deserere, et omnis coelestis militia gaudet super te: ergo decet nos in symphonia sonare.

HUMIL. O misera filia, volo te amplecti, quia magnus medicus dura et amara vulnera propter te passus est.

DIABOLUS. Quae es, aut unde venis? Tu amplexata es me, et ego foras eduxi te; sed nunc in reversione tua confundis me, ego autem pugna mea dejiciam te.

FID. A. Ego omnes vias tuas malas esse cognovi, et ideo fugi a te; modo autem, o illusor, pugno contra te.

FID. A. Unde tuo regina humilitas, tuo medicamine adjuva me.

HUMIL. O victoria quae eumdem in coelo superasti, curre cum sodalibus tuis et omnes ligate diabolum hunc.

VICTORIA AD VIRTUTES. O fortissimae et gloriosissimae milites, venite et adjuvate me istum fallacem vincere.

VIRT. O dulcissima bellatrix in torrente fonte qui absorbuit lupum rapacem, o gloriosa coronata nos libenter militamus tecum contra illusorem animarum.

HUMIL. Ligate ergo illum, o virtutes praeclarae!

VIRT. O regina nostra, tibi parebimus, et praecepta tua in omnibus adimplebimus.

VICTORIA. Gaudete, o sociae, quia antiquus serpens ligatus est.

VIRTUDES. No temas ni huyas, porque el buen pastor busca en ti su oveja perdida.

ALMA FIEL. Ahora me es necesario que me recibáis, puesto que hiedo en las llagas con las cuales la antigua serpiente me contaminó.

VIRTUDES. Corre a nosotras, y sigue aquellas huellas en las cuales nunca caerás en nuestra sociedad, y Dios te curará.

ALMA FIEL. Yo pecadora que hui de la vida llena de úlceras vendré a vosotras, para que me deis el escudo de la redención.

VIRTUDES. Oh alma fugitiva, sé robusta, y vístete las armas de la luz.

ALMA FIEL. Oh toda la milicia de la reina de las virtudes, y oh vosotros blancos lirios de ella con purpúrea rosa, inclinaos hacia mí, porque peregrina de vosotras me exilié, y ayudadme para que en la sangre del Hijo de Dios pueda resurgir. Y oh verdadera medicina Humildad, dame auxilio; porque la soberbia, imponiéndome muchas cicatrices en muchos vicios, me hirió. Ahora huyo hacia ti, y por tanto recíbeme.

HUMILDAD. Oh todas las virtudes, recibid a la pecadora que llora en sus cicatrices por las llagas de Cristo, y conducid la hacia mí.

VIRTUDES. Queremos conducirte de regreso, y no queremos desampararte, y toda la milicia celestial se alegra por ti: por tanto nos conviene sonar en sinfonía.

HUMILDAD. Oh mísera hija, quiero abrazarte, porque el gran médico sufrió duras y amargas llagas por ti.

EL DIABLO. ¿Quién eres, o de dónde vienes? Tú me abrazaste, y yo te saqué fuera; pero ahora en tu retorno me confundes, yo sin embargo te derribaré en mi lucha.

ALMA FIEL. Conocí que todos tus caminos son malos, y por eso hui de ti; pero ahora, oh iluso, lucho contra ti.

ALMA FIEL. Por lo cual, oh reina Humildad, ayúdame con tu medicina.

HUMILDAD. Oh Victoria que venciste al mismo en el cielo, corre con tus compañeras y atad todas a este diablo.

VICTORIA A LAS VIRTUDES. Oh fortísimas y gloriosísimas soldados, venid y ayudadme a vencer a ese falaz.

VIRTUDES. Oh dulcísima guerrera en la fuente torrencial que absorbió al lobo rapaz, oh gloriosa coronada, nosotras de buena gana militamos contigo contra el iluso de las almas.

HUMILDAD. ¡Atadlo pues, oh virtudes preclaras!

VIRTUDES. Oh reina nuestra, te obedeceremos, y tus preceptos en todo cumpliremos.

VICTORIA. Alegraos, oh compañeras, porque la antigua serpiente ha sido atada.

VIRT. Laus tibi, Christe, rex angelorum. O Deus, quis es tu qui in te ipso hoc magnum consilium habuisti, quo destruxisti infernalem haustum in publicanis et peccatoribus; qui nunc lucent in superna bonitate; unde, o rex, laus tibi sit. O Pater omnipotens ex te fluit fons in igneo ardore, perduc filios tuos in rectum ventum velorum aquarum, ita ut et nos eos hoc modo perducamus in coelestem Hierusalem. Et voces istae erant ut vox multitudinis, cum multitudo voces suas in altum extollit. Et sonus earum ita me pertransivit quod eas absque difficultate tarditatis intellexi.

Audivique vocem ex eodem lucido aere, dicentem mihi: Laudes superno Creatori incessabili voce cordis et oris dandae sunt: cum ipse non solum stantes et erectos, sed etiam cadentes et curvatos in supernis sedibus sua gratia collocat. Unde vides, o homo, lucidissimum aerem: candorem gaudii supernorum civium designantem, in quo audio in omnibus praedictis significationibus, mirabili modo diversum genus musicorum, in laudibus civium supernorum gaudiorum, in via veritatis fortiter perseverantium, ac in querelis revocatorum ad laudes eorumdem gaudiorum; quoniam ut aer comprehendit et sustinet ea quae sub coelo sunt, ita ut audis in omnibus praemonstratis tibi mirabilibus Dei, suavis et dulcis symphonia sonat in gaudio, miracula electorum in superna civitate existentium, et in Deo suavi devotione persistentium; ac in querelis incurvationem illorum quos antiquus serpens perdere tentat, quos tamen divina virtus ad societatem beatorum gaudiorum fortiter perducit: proferens in eis illa mysteria, quae humanis mentibus ad terram inclinatis sunt incognita, et in exhortatone virtutum se exhortantium ad salutem populorum quibus diabolicae insidiae repugnant, sed ipsae virtutes eas opprimunt, ita tamen quod sic fideles homines tandem a peccatis ad superna per poenitentiam transeunt; quoniam ibi virtutes in mentibus fidelium, ad redemptionem ipsorum vitiis resistunt, quibus diabolico afflatu fatigantur; sed eis fortissima fortitudine superatis homines in peccatis prolapsi, divino nutu ad poenitentiam revertuntur, cum perquirunt et deflent anteriora facta, et cum considerant et cavent posteriora.

Quapropter et sonus ille ut vox multitudinis in laudibus de supernis gradibus in harmonia symphonizat, quia symphonia in unanimitate et in concordia gloriam et honorem coelestium civium ruminat, ita quod et ipsa hoc sursum tollit quod verbum palam profert. Sic et verbum corpus designat, symphonia vero spiritum manifestat, quoniam et coelestis harmonia divinitatem denuntiat, et verbum humanitatem Filii Dei propalat.

VIRTUDES. Alabanza a ti, Cristo, rey de los ángeles. Oh Dios, quién eres tú que en ti mismo tuviste este gran consejo, por el cual destruiste el trago infernal en los publicanos y pecadores; que ahora lucen en la superna bondad; por lo cual, oh rey, la alabanza sea a ti. Oh Padre omnipotente, de ti fluye la fuente en ígneo ardor, conduce a tus hijos al recto viento de las velas de las aguas, de tal modo que también nosotras los conduzcamos de este modo a la celestial Jerusalén. Y aquellas voces eran como voz de multitud, cuando la multitud ensalza sus voces en alto. Y el sonido de ellas de tal modo me atravesó que las entendí sin dificultad de tardanza.

Y oí una voz del mismo aire lúcido, diciéndome: Alabanzas han de darse al superno Creador con incesante voz del corazón y de la boca: puesto que él coloca con su gracia en las sedes celestiales no solo a los que están en pie y erguidos, sino también a los que caen e inclinados. Por lo cual ves, oh hombre, el aire lucidísimo: que designa la blancura del gozo de los ciudadanos celestiales, en el cual oigo en todas las sobredichas significaciones, de modo admirable, un diverso género de músicos, en las alabanzas de los ciudadanos de los goces celestiales, perseverando fuertemente en el camino de la verdad, y en las querellas de los revocados a las alabanzas de los mismos goces; puesto que como el aire comprende y sustenta aquellas cosas que están bajo el cielo, así, como oyes en todas las maravillas de Dios que te han sido mostradas, una suave y dulce sinfonía suena en el gozo, los milagros de los elegidos que existen en la ciudad superna, y que persisten en Dios con suave devoción; y en las querellas la inclinación de aquellos a quienes la antigua serpiente intenta perder, a quienes no obstante la divina virtud conduce fuertemente a la sociedad de los goces bienaventurados: profiriendo en ellos aquellos misterios que son incógnitos a las mentes humanas inclinadas a la tierra, y en la exhortación de las virtudes exhortándose a la salvación de los pueblos a los cuales las insidias diabólicas se oponen, pero las mismas virtudes las oprimen, de tal modo sin embargo que así los hombres fieles pasan por fin de los pecados a lo celestial por la penitencia; puesto que allí las virtudes en las mentes de los fieles, para la redención de ellos resisten a los vicios por los cuales son fatigados por el hálito diabólico; pero una vez superados con fortísima fortaleza, los hombres caídos en pecados, por divina voluntad vuelven a la penitencia, cuando escudriñan y lloran los hechos anteriores, y cuando consideran y se guardan de los posteriores.

Por lo cual también aquel sonido, como voz de multitud en las alabanzas de los grados celestiales, sinfoniza en armonía, porque la sinfonía en unanimidad y en concordia rumia la gloria y el honor de los ciudadanos celestiales, de tal modo que también ella ensalza esto que la palabra profiere abiertamente. Así también la palabra designa el cuerpo, mientras que la sinfonía manifiesta el espíritu, puesto que también la armonía celestial anuncia la divinidad, y la palabra proclama la humanidad del Hijo de Dios.

Et ut potestas Dei ubique volans omnia circuit, nec ei ullum obstaculum re istit, ita et rationalitas hominis magnam vim habet in vivis vocibus sonare, et torpentes animas ad vigilantiam in symphonia excitare. Quod et David in symphonia prophetiae suae probat, et Jeremias lamentabili voce in planctu suo ostendit. Ita et tu, o homo, quae es paupercula et fragilis natura, audis in symphonia sonum de igneo ardore virginalis pudoris, in amplexibus verborum florentis virgae, et sonum de acumine viventium luminum in superna civitate lucentium, et sonum de prophetia profundorum sermonum, et sonum de dilatatione apostolatus mirabilium verborum, et sonum de effusione sanguinis fideliter se offerentium, et sonum de sacerdotali officio secretorum, et sonum de virginali gradu in superna viredine florentium, quoniam superno Creatori fidelis creatura sua in voce exsultationis et laetitiae resultat, et grates frequentes ei impendit. Sed et sonum audis ut vocem multitudinis, in querelis revocatorum ad eosdem gradus in harmonia resonantem; quia symphonia non solum in unanimitate exsultationis, in via rectitudinis fortiter persistentium gaudet, sed etiam in concordia resuscitationis de via justitiae lapsorum, et tandem ad veram beatitudinem erectorum exsultat, quoniam et pastor bonus ovem quae perierat, cum gaudio reportavit ad gregem. Itemque ut audis, sonus ille ut vox multitudinis in exhortatione virtutum in adjutorium hominum, et in contradictione repugnantium diabolicarum artium, virtutibus vitia superantibus et hominibus tandem divina inspiratione ad poenitentiam redeuntibus in harmonia clamat, quoniam dulcis complexio est in virtutibus fideles homines ad veram beatitudinem trahentibus, sed dira coacervatio est in vitiis diabolicarum insidiarum; non tamen ita ut virtutes vitia non superent; sed sic quod virtutes ea omnino debilitent, et sibi consentientes auxilio superni adjutorii ad aeternam retributionem per veram poenitentiam perducant, ut etiam in vocibus harmoniae earum tibi est demonstratum.

Nam et symphonia, dura corda emollit; et ipsis humorem compunctionis inducit, ac Spiritum sanctum advocat. Unde et voces istae quas audis, sunt ut vox multitudinis, cum multitudo voces suas in altum extollit; quia laudes jubilationum in simplicitate unanimitatis et charitatis prolatae, fideles ad unanimitatem illam ubi nulla discordia est perducunt, cum eos in terris positos, corde et ore ad supernam remunerationem suspirare faciunt.

Y como la potestad de Dios, volando por doquier, rodea todas las cosas y ningún obstáculo se le reconoce, así también la racionalidad del hombre tiene gran fuerza para sonar en voces vivas y para excitar a las almas aletargadas a la vigilancia en la sinfonía. Lo cual también David prueba en la sinfonía de su profecía, y Jeremías mostró con voz lamentable en su llanto. Así también tú, oh hombre, que eres de una naturaleza pobrecilla y frágil, oyes en la sinfonía el sonido del ígneo ardor del pudor virginal, en los abrazos de las palabras de la vara floreciente, y el sonido de la agudeza de las luces vivientes que lucen en la ciudad superna, y el sonido de la profecía de profundos sermones, y el sonido de la dilatación del apostolado de maravillosas palabras, y el sonido de la efusión de la sangre de los que fielmente se ofrecen, y el sonido del oficio sacerdotal de los secretos, y el sonido del grado virginal de los que florecen en el verdor superno; pues al superno Creador su criatura fiel le responde en voz de exultación y alegría, y le rinde frecuentes gracias. Pero también oyes el sonido como voz de multitud, resonando en armonía en las querellas de los revocados a los mismos grados; porque la sinfonía no solo se alegra en la unanimidad de la exultación de los que perseveran fuertemente en el camino de la rectitud, sino que también exulta en la concordia de la resucitación de los caídos del camino de la justicia y por fin erguidos a la verdadera beatitud, puesto que también el buen pastor trajo de vuelta con gozo al rebaño la oveja que había perecido. Y asimismo, como oyes, aquel sonido —como voz de multitud en las exhortación de las virtudes en auxilio de los hombres, y en la contradicción de las artes diabólicas que se oponen, superando las virtudes a los vicios y volviendo por fin los hombres por divina inspiración a la penitencia— clama en armonía. Pues hay una dulce complexión en las virtudes que atraen a los hombres fieles a la verdadera beatitud, pero una terrible acumulación en los vicios de las insidias diabólicas; no de tal modo, sin embargo, que las virtudes no superen a los vicios, sino de modo que las virtudes los debiliten del todo y conduzcan a los que consienten con ellas, por el auxilio de la ayuda superna, a la retribución eterna por la verdadera penitencia, como también te ha sido mostrado en las voces de armonía de ellas.

Pues la sinfonía también ablanda los corazones duros, induce en ellos el humor de la compunción y convoca al Espíritu Santo. Por lo cual también estas voces que oyes son como voz de multitud, cuando la multitud ensalza sus voces en alto; porque las alabanzas de jubilaciones proferidas en simplicidad de unanimidad y caridad conducen a los fieles a aquella unanimidad donde no hay ninguna discordia, al tiempo que los hace, puestos en la tierra, suspirar con el corazón y la boca por la remuneración superna.

Et sonus earum ita pertransit te, quod eas absque difficultate tarditatis intelligis; quoniam ubi divina gratia operata fuerit omnem tenebrositatem obumbrationis aufert, illa pura et lucida faciens, quae carnalibus sensibus in infirmitate carnis obscura sunt.

Quapropter quisquis Deum fideliter intelligit, laudes indefessas et fideliter offerat eique fideli devotione incessanter jubilet, quemadmodum et David servus meus spiritu profunditatis et altitudinis a me perfusus, hortatur, dicens: Laudate eum in sono tubae, laudate eum in psalterio et cithara. Laudate eum in tympano et choro, laudate eum in chordis et organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis; omnis spiritus laudet Dominum (Psal. CL). Hoc tale est: Vos qui Deum simplici intentione et pura devotione scitis, adoratis et diligitis: laudate eum in sono tubae, id est in sensu rationalitatis, quia perdito angelo cum sibi consentientibus in perditionem cadente, agmina beatorum spirituum in veritate rationabiliter perstiterunt, Deoque fideli dilectione adhaeserunt. Laudateque in psalterio profundae devotionis, et in cithara melliflui canoris, quoniam tuba sonante psalterium, et psalterio canente cithara procedit, sicut et beatis angelis in amore veritatis perseverantibus, deinde homine creato prophetae in mirabilibus vocibus surrexerunt: quos apostoli in dulcissimis verbis subsecuti sunt. Et laudate eum in tympano mortificationis, et in choro exsultationis, quia post citharam tympanum, post tympanum chorus exsultat, quemadmodum apostolis verba salutis praedicantibus: martyres in honore Dei, in corporibus suis diversa supplicia sustinuerunt, ex quibus deinde sacerdotalis officii veraces doctores surrexerunt. Laudateque eum in chordis humanae redemptionis, et in organo divinae protectionis, quoniam choro exsultante voces chordarum, et organi se manifestant, sicut et veris doctoribus in officio beatitudinis veritatem ostendentibus: virgines processerunt, quae Dei Filium verum hominem velut in chordis amaverunt, et verum Deum velut in organo adoraverunt, cum ipsum verum hominem et verum Deum crediderunt. Quid hoc? Quia cum Filius Dei pro salute hominum carnem assumpsit, gloriam divinitatis non amisit. Unde et beatae virgines ipsum sibi sponsum eligentes, verum hominem in desponsatione, et verum Deum in castitate, ipsum fideli devotione apprehenderunt. Sed et laudate eum in cymbalis bene sonantibus, id est in iis assertionibus, quae bonum sonum in vero gaudio faciunt, cum homines in imis peccatorum jacentes, ad supernam celsitudinem divina inspiratione compuncti, se sursum ab imis tollunt.

Y el sonido de ellas de tal modo te atraviesa que las entiendes sin dificultad de tardanza; puesto que donde la gracia divina ha operado quita toda tiniebla de la obumbración, haciendo puras y lúcidas aquellas cosas que, para los sentidos carnales en la enfermedad de la carne, son oscuras.

Por lo cual quienquiera que fielmente entiende a Dios, ofrezca alabanzas incansables y fielmente y jubile a él incesantemente con fiel devoción, tal como David mi siervo, imbuido por mí del espíritu de profundidad y altura, exhorta diciendo: "Alabadle en el sonido de la trompeta, alabadle en el salterio y la cítara. Alabadle en el tímpano y el coro, alabadle en las cuerdas y el órgano. Alabadle en címbalos bien sonantes, alabadle en címbalos de jubilación; todo espíritu alabe al Señor" (Sal. 150). Esto es como sigue: Vosotros que conocéis, adoráis y amáis a Dios con simple intención y pura devoción: alabadle en el sonido de la trompeta —esto es, en el sentido de la racionalidad—, porque cayendo el ángel perdido con los que le consentían en la perdición, las legiones de los espíritus bienaventurados permanecieron racionalmente en la verdad, y se adhirieron a Dios con fiel amor. Y alabadle en el salterio de la profunda devoción, y en la cítara del melifluo canto, puesto que al sonar la trompeta procede el salterio, y al cantar el salterio procede la cítara, así como perseverando los ángeles bienaventurados en el amor de la verdad, luego, creado el hombre, surgieron los profetas en maravillosas voces, a quienes los apóstoles siguieron en dulcísimas palabras. Y alabadle en el tímpano de la mortificación, y en el coro de la exultación, porque tras la cítara el tímpano, y tras el tímpano el coro exulta, tal como predicando los apóstoles las palabras de la salvación: los mártires en el honor de Dios sostuvieron diversos suplicios en sus cuerpos, de los cuales surgieron luego los veraces doctores del oficio sacerdotal. Y alabadle en las cuerdas de la redención humana, y en el órgano de la divina protección, puesto que al exultar el coro se manifiestan las voces de las cuerdas y del órgano, así como mostrando la verdad los veraces doctores en el oficio de la beatitud: las vírgenes procedieron, las cuales amaron al Hijo de Dios hombre verdadero como en cuerdas, y adoraron al Dios verdadero como en órgano, cuando creyeron que él mismo era hombre verdadero y Dios verdadero. ¿Qué es esto? Porque cuando el Hijo de Dios asumió la carne para la salvación de los hombres, no perdió la gloria de la divinidad. Por lo cual también las bienaventuradas vírgenes, eligiéndole para sí por esposo, le aprehendieron con fiel devoción: hombre verdadero en el desposorio, y Dios verdadero en la castidad. Pero también alabadle en címbalos bien sonantes —esto es, en aquellas aserciones que hacen buen sonido en el verdadero gozo —, cuando los hombres que yacen en lo profundo de los pecados, compungidos por divina inspiración hacia la superna altura, se elevan hacia arriba desde lo profundo.

Laudateque eum in cymbalis jubilationis, videlicet in assertionibus divinae laudis, ubi potentes virtutes victoriam fortissime facientes, vitia in hominibus opprimunt, et eos forti desiderio ad beatitudinem verae remunerationis in bonis perseverantes perducunt. Unde omnis spiritus qui benevolentiam habet credendi in Deum et honorandi eum, laudet Dominum, id est illum qui Dominus omnium est: quia justum est ut ille qui vitam desiderat eum qui vita est glorificet.

Et iterum audivi vocem ex praedicto lucido aere dicentem: O rex altissime! laus tibi sit, qui in simplici et in indocto homine facis haec. Sed et iterum vox de coelo vociferatione maxima clamabat, dicens: Audite et attendite, omnes qui supernam remunerationem et beatitudinem habere desideratis. O vos homines qui credula corda habetis, et supernam remunerationem exspectatis: sermones istos suscipite, et eos in interiora corda vestra ponite, nec admonitionem istam in visitatione vestra recusate. Nam ergo testificator veritatis, vivus et verus loquens et non tacens Deus, dico atque iterum dico: Quis mihi praevalere poterit? Qui hoc tentaverit, dejiciam eum. Unde homo montem non apprehendat, quem movere non poterit; sed in valle humilitatis subsistat. Sed quis transilit vias sine aqua? Ille qui se in turbinem ventilat, et qui fructus sine refectione dividit. Et quomodo tabernaculum meum ibi erit? Sed tabernaculum meum ibi est, ubi Spiritus sanctus irrigationem suam perfundit. Quid hoc? Ego in medio sum. Quomodo? Quicunque digne me apprehendit, hic nec in altitudinem, nec in profunditatem, nec in latitudinem incidet. Quid hoc? Quia ego sum charitas illa, quam nec flagrans superbia dejicit, nec profundi casus perfringunt, nec latitudo malorum conterit. Nunquid non possum aedificare in altitudine scabelli solis? Fortes qui in vallibus fortitudinem suam ostendunt, me contemnunt; hebetes, in sonitu turbinum me abjiciunt; sapientes, cibum meum renuunt, et quisquis turrim secundum voluntatem suam sibi parat. Sed ego istos in parvo et pusillo confundam, sicut Goliath in puero dejeci, et sicut Holofernem in Judith superavi. Unde et quisquis mystica verba hujus libri recusaverit, arcum meum super eum extendam, et sagittis pharetrae meae eum transfigam, et coronam ejus de capite ipsius abjiciam atque eum illis similabo, qui in Oreb ceciderunt, quando contra me murmuraverunt. Sed et quicunque maledicta sua contra prophetiam istam protulerit, maledictio illa quam Isaac protulit, super eum veniet; et benedictione coelestis roris replebitur, qui eam amplexus fuerit, et qui eam in corde suo tenuerit, atque qui eam in vias planas produxerit. Et qui eam gustaverit, et in memoriam suam posuerit, fiet mons myrrhae, et thuris, et omnium aromatum et dilatatio multarum benedictionum, de benedictione in benedictionem ascendens sicut Abraham, atque nova nupta sponsa Agni sibi illum columnam in conspectu Dei copulabit; et umbra manus Domini illum proteget.

Y alabadle en címbalos de jubilación, a saber, en las aserciones de la divina alabanza, donde las potentes virtudes realizando fortísimamente la victoria, oprimen los vicios en los hombres, y los conducen con fuerte deseo a la beatitud de la verdadera remuneración perseverando en los bienes. Por lo cual todo espíritu que tiene la benevolencia de creer en Dios y de honrarle, alabe al Señor, esto es, a aquel que es el Señor de todos: porque es justo que aquel que desea la vida glorifique a aquel que es la vida.

Y de nuevo oí una voz del sobredicho aire lúcido diciendo: ¡Oh rey altísimo! alabanza sea a ti, que en un humano simple e indocto haces estas cosas. Pero también de nuevo una voz del cielo clamaba con máxima vociferación, diciendo: Oíd y atended, todos los que deseáis tener la remuneración superna y la beatitud. Oh vosotros hombres que tenéis corazones crédulos, y esperáis la remuneración superna: recibid estos sermones, y ponedlos en vuestros corazones interiores, ni rechacéis esta amonestación en vuestra visitación. Pues por tanto, testigo de la verdad, el Dios vivo y veraz que habla y no calla, digo y de nuevo digo: ¿Quién podrá prevalecer contra mí? Quien esto intentare, le derribaré. Por lo cual no aprehenda el hombre el monte que no podrá mover; sino que subsista en el valle de la humildad. ¿Pero quién salta los caminos sin agua? Aquel que se ventila en el torbellino, y que divide los frutos sin refrigerio. ¿Y cómo estará allí mi tabernáculo? Pues mi tabernáculo está allí, donde el Espíritu Santo infunde su irrigación. ¿Qué es esto? Yo estoy en medio. ¿Cómo? Quienquiera que dignamente me aprehende, este no caerá ni en la altura, ni en la profundidad, ni en la latitud. ¿Qué es esto? Porque yo soy aquella caridad, a la cual ni la soberbia llameante derriba, ni los profundos casos rompen, ni la latitud de los males tritura. ¿Acaso no puedo edificar en la altura del estrado del sol? Los fuertes que muestran su fortaleza en los valles, me desprecian; los necios, en el sonido de los torbellinos me rechazan; los sabios, rehúsan mi comida, y quienquiera que se prepara una torre según su voluntad. Pero yo los confundiré en lo pequeño y en lo poco, como derribé a Goliat en un niño, y como vencí a Holofernes en Judit. Por lo cual también quienquiera que rechazare las palabras místicas de este libro, extenderé mi arco sobre él, y con las saetas de mi aljaba le traspasaré, y arrojaré su corona de su cabeza y le asemejaré a aquellos que cayeron en Horeb, cuando murmuraron contra mí. Pero también quienquiera que profiriere sus maldiciones contra esta profecía, aquella maldición que Isaac profirió vendrá sobre él; y será colmado de la bendición del rocío celestial quien la hubiere abrazado, y quien la hubiere tenido en su corazón, y quien la hubiere producido en caminos llanos. Y quien la hubiere gustado, y puesto en su memoria, se convertirá en monte de mirra, y de incienso, y de todos los aromas y dilatación de muchas bendiciones, ascendiendo de bendición en bendición como Abraham, y la nueva desposada del Cordero le unirá a sí como columna en la presencia de Dios; y la sombra de la mano del Señor le protegerá.

Sed si quis haec verba digiti Dei temere absconderit, et ea per vesaniam suam minuerit, aut in alienum locum alicujus humani sensus causa abduxerit, et ita deriserit, ille reprobus erit, et digitus Dei conteret illum. Laudate, laudate ergo Deum, beata viscera, in omnibus iis miraculis, quae Deus constituit in molli forma speciei excelsi, quam ipse praevidit in prima apparitione costae viri illius, quem Deus de limo creavit. Qui autem acutas aures interioris intellectus habet, hic in ardente amore speculi mei, ad verba haec anhelet, et ea in conscientia animi sui conscribat. Amen.

Pero si alguien ocultare temerariamente estas palabras del dedo de Dios, y las disminuyere por su vesania, o las desviare a un lugar ajeno por causa de algún sentido humano, y así las escarneciere, ese será réprobo, y el dedo de Dios le triturará. Alabad, alabad pues a Dios, entrañas bienaventuradas, en todos estos milagros que Dios constituyó en la blanda forma de la especie del excelso, la cual él mismo previó en la primera aparición de la costilla de aquel hombre que Dios creó del limo. Quien tenga oídos agudos de intelecto interior, que anhele estas palabras en el ardiente amor de mi espejo, y las escriba en la conciencia de su alma. Amén.